## Septem libelli harum ſummularum.

De propoſitionibus.
De predicabilibus.
De predicamentis.
De ſyllogiſmis.
De demonſtrationibus.
De locis dialeticis.
De fallacijs cum paruis logicalibus.

# Lignũ plãctatũ ſecus decurſus aquarũ: fructũ ſuũ dabit in tpe ſuo: ⁊ foliũ ei⁹ nõ defflu et: ac deniq̃ oẽ qđ fecerit, pſpabit. ps. 1.




**Lignũ afferẽs fruct⁹ duodecim: p mẽſes ſingulos reddẽs fructũ ſuũ: ⁊ folia ligni ad ſanitatẽ gẽtiũ: Apocalipſis vltimo.**

# Pria pars logices ad veriores ſenſus textus

Ariſtotelis per Reuerẽdũ Magiſtrũ. P. L. D. Satis abunde per lucideq̃ declarata duob⁹ opuſculis. Altero q̃dẽ introductorio in vocabulorũ declaratiõe. Altero vero pricipali in predicamẽtorũ ſufficiẽtiſſima coordinatiõe.

# Index principalium articulorum huius operis ad primam tantum logices partem de incomplexis dicibilibus pertinentis.

Primo enim in ſeptem dialogis introductorijs hec diſputantur.
Ad logicā veniēs diſcipulꝰ q̄liter ſit i grāmaticalibꝰ ꝑus examinādꝰ: i prio dial' codice.b.fol'.1.
Sermotionales artes triuiales q̄liter recte diſtinguant ab alijs ſcientijs realibus dial'.1.b.2.
Logica ⁊ grāmatica proportionaliter ⁊ fere ſimiliter ſe habent circa ſermonem.dial'.1.b.2
Utrum in logica aliquo modo ſit de rebus agendum que non ſunt ſigna.dial'.1.b.3.
Quomodo terius in logica ⁊ dictio in grāmatica cōueniant ⁊ differant.dial'.2.b.4.
Quod ſigni ⁊ ſignificare diffinitio ⁊ diuiſio multiplex recte procedat.dial'.2.b.5.
Dubia tria de ſincathegoreumatibus.dial'.3.c.3.
Quedam alie parue queſtiones.dial'.3.c.4.⁊.5.
Prolixa queſtio de modis ſignificandi.dial'.4.d.1.
De predicatione directa ⁊ indirecta dubia.dial'.4.d.5.
De traſcendentibus ⁊ indiuiduis dubia.dial'.5.e.1.⁊.2.
De predicabilibus generis ⁊ ſpeciei dubia.dial'.5.e.3.4.
Duo dubia de differentijs.dial'.5.e.5.6.
De multiplicitate eiuſdem ⁊ differentis. dial'.5.e.6.
De varietate predicamentorum.dial'.5.f.1.
De predicamentis mixtis multipliciter.dial'.5.f.2.3.
De diffinitionibus ⁊ diuiſionibus parua dubia.dial'.6.f.4.5.
Queſtio de abſolutione verbi a tempore.dial'.6.g.1.
De noticijs ⁊ conceptibus quedam dubia.dial'.7.g.2.3.4.
De vocibus ⁊ ſcripturis duo dubia.dial'.7.g.5.
De conceptibus non vltimatis notantur ꝓpoſitiones.dial'.7.g.6.
De primis ⁊ ſecundis intentionibus varie opiniones.dial'.7.h.1.2.
An ille terminus conceptus ſit ꝑme vel ſecunde intentionis. dial'.7.h.3.
Simile dubium de illo termino intentio cum ſuis ſpeciebus. ibidem.

Et plura alia dubia apparent in annotationibus marginalibus que infra vnam horam videri poterunt ſine labore.

¶ Succedūt in codē volumine tres libri de ꝑdicamētis: ꝑmus ē de ꝑmis intētionibꝰ ad mentē Ariſtotelis textū eiꝰ ꝑlucide exponēs: in quo etiā interſerte ſunt locis ſuis q̄ſtiones quedā Pariſienſes exactiſſime: ⁊ occupat liber iſte plures codices a littera.h. vſqꝫ ad.t.

¶ Secundus liber de ſecundis intētionibus ⁊ impoſitionibus latiſſimā in eis cathegoriam ingeniando ⁊ proprietates declarando: ⁊ durat a codice.v. vſqꝫ ad.x.

¶ Tertius liber de predicamentis rerū ſecūdum varias philoſophorū maxime peripateticorū ſententias: tandē ſecundū probabiliorem viam ⁊ predicamenta coordinat ⁊ proprietates rerū explicat: complectitur duos codices.x.y.

¶ In calce totius operis addita eſt queſtio per egregia de tranſcendētibus ex ſententia Ariſtotelis in ſua methaphiſica: q̄ materia ad modū vnius codicis Pariſienſis formata eſt: nam premiſſis notabilibus: adiunctis cōcluſionibus ⁊ correlarijs: atqꝫ ſubiectis dubijs: oīa poſtea argumētis varijs impetunt: explicant: ⁊ luculētiſſime declarant in duobꝰ quaternis finalibus.



## Petrus Ciruelus Darocēſis. Rectori collegiſqꝫ ac ceteris ſcholaſticis hornatiſſimi gimnaſii Secontini. Salutem ⁊ bone logice ſolidam intelligentiam.



Ationalis ſermotionaliſue philoſophie: quam greci logicen dixere: digniſſime rector ac honeſtiſſimi college: ratio diſerendi vel diſertiua logica pars optima eademqꝫ maxima cenſebitur: ſi primum eius ortum ex hugonis didaſcaliōe de origine artium retulerimus. Cum enim ex omnibꝰ ſcientiis ſeptem ſpeciales antiqui decreuerint in ſcholis ſuis ad opus erudiendorum: in quibus tantam vtilitatem pre ceteris omnibus perſpexerunt: vt quiſquis harum peritiā vel mediocriter percipiſſet: ad aliarum notitiam poſtea inquirendo magis ⁊ exercendo quaꝫ audiendo perueniret: (ſunt eñi quaſi optima quedam inſtrumenta quibus via paratur animo ad plenam philoſophice veritatis intelligentiam:) nemo apud eos Magiſtri nomine dignus habebatur: qui non has ſemptem artes liberales profiteri poſſet. Sed mathematicarum quatuor nunc ortu ſuppreſſo: logice imprimis vere philoſophantibus valde fuerunt neceſſarie. Nam cum primum antiqui: (Boetius auctor eſt agens de ſcholarium diſciplina:) circa rerum naturas ⁊ morum qualitates inueſtigandas operam nauaſſent: neceſſe fuit eos ſepe falli quia vocum ⁊ intellectuum diſcretionem nō habebant: vt plerumqꝫ euenit epicuro aliiſqꝫ antiquorum permultis: qui neclecta diſputandi ſcientia de rerum natura perquirebant. Niſi enim quis prius agnouerit que ratiotinatio veram teneat arguendi ſemitam que veriſimilem: que fida: ⁊ que poſſit eſſe ſuſpecta: rerum incorrupta veritas ex ratiocinatione minime poterit inueſtigari. Cum igitur veteres multis ſepe lapſi erroribus falſa quedam ⁊ contraria ſibi in diſputatione colligerent: atqꝫ id fieri impoſibile videretur vt de eadem re concluſione contraria facta: vtraqꝫ eſſet vera que ſibi diſſentiens ratiocinatio concluſiſſet: cui ve earum credi opporteret eſſet ambiguum: viſum eſt prius diſputationis ipſiꝰ veram atqꝫ integram conſiderare naturam. qua perſpecta: tunc illud quod per diſputationem inueniretur: an vere eſſet comprehenſum: poſſet intelligi. Hinc ergo profecta eſt logice peritia diſcipline: que diſputandi modos atqꝫ ipſas ratiotinationes internoteſcendi vias parat: vt que illarum nunc quidem vera nunc autem falſa: que ve ſemper vera ⁊ nunquam falſa: que ſemper falſa poſſet agnoſci. Sermotionalis itaqꝫ diſciplina licet tempore inuenta ſit poſtrema: ordine tamen adiſcendi aliarum omnium prima eſt: ⁊ volentibus Philoſophari primum tradenda. In ea enim impoſitionum ⁊ conceptuum natura docetur: ſine quibus nullus philoſophie tractatus rationabiliter poterit explicari. Hec autem omnia predicta logice diſertiue argumentationem ingenianti: que vt aurelius tradit Auguſtinus: iudicium habet veri ⁊ falſi: vel ſoli vel maxime accommodantur. Unde genus illud logica: licet grammaticam litterariam diſciplinam: ⁊ eam quam rationem diſerendi nominauimus ſub ſe contineat: hec tamen per Antonomaſiam vocabulum hoc ita ſibi apropriauit illudqꝫ ſortita eſt: vt iam cum logicam audimus non niſi argumentatiuam ſcientiam intelligamus. Cuius partes precipue demonſtratiua: probabilis: ⁊ ſophiſtica diſtinguntur. Harum prima eſt in neceſſarijs argumentis pertinens ad Philoſophos: Probabilis in topicis ad dialeticos ⁊ rethores. Sophiſtica vero ad cauillatores. Hinc eſt ꝙ etiam probabilis logica in dialeticam ⁊ rethoricā ſubdiuiditur: quarum vtraqꝫ ex inuentione ⁊ iuditio conſtat. quamuis hoc nomen dialetica pro tota logica diſertiua ſepiſſime ſit vſurpatū. Hec inquaꝫ doctrina apud egyptios primum a Permenide inuenta dicitur. qui ciuitates ⁊ hominum cetus effugiens non modico tempore in rupe quadam latenter ſedit ibiqꝫ dialeticam excogitauit. Deinde plato ab egypto athenas rediens eam primus grecis inſtituit: quam poſtea Ariſtoteles ampliauit perfecit ⁊ in artē redegit atqꝫ: ⁊ Alexandri magni macedōis diſcipuli ſui gratia ipſam biennio recluſus elaborauit. Eā itaqꝫ logicalē Ariſtotelis ſummā latinā iā factā: neſcio quo interprete: ⁊ cūctis chriſticolarū vniuerſitatibꝰ cōmunicatā multipliciterqꝫ a varijs comētatoribꝰ expoſitā: cū primū apud noſtratū hiſpanorū maximā illā Salmanti-



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cenſem achademiã ⁊ didiſciſſeʒ apertiſſimis: ⁊ pro ingenioli modulo alios pluries docuiſ=
ſeʒ: nõ ſatis mihi videbar eã callere: niſi etiã Pariſiẽſis ſchole. aliarũ oium vehemtiẽſſime:
aqua oia fere notatu digniora comentaria interꝰ Aritotelis velut ex quodã vberrimo fon=
te emanauerunt indiſqꝫ emanare nõ ceſſant: ſacros latices hauſiſſem ſummis velabiis ali
quantiſper deguſtaſſem. Quod cum mihi immenſa diuine largitatis dignatio vberiore
quam optaueram fructu donaſſet: ſimulqꝫ ex Apoſtoli pauli documentis intellexiſſem hu=
iuſmodi gratias hominibus gratis fuiſſe datas non niſi ad proximorũ vtilitatẽ (vnicuiqꝫ
inquit datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem ſcilicet aliorum: vbi inter alias gratias
ſermonem ſapientie. ſermonem ſcientie. ⁊ interpretationem ſcripturarum enumerauit)
ne talis gratie mihi diuinitus collate immemor ſolus vſu gauderem: ſategi dum etas patie
batur: vt in hac noſtra hiſpania vbiqꝫ locorum quo me ſummi dei pietiſſima bonitas ap=
pulliſſet: legendo proximis fierem vtilis. Hoc effeci illo maxime triennio ſecontine lecture
mee in collegio veſtro quam horna tiſſimo vbi Magiſtralem philoſophie cathedraʒ regẽs:
omnium liberalium dotrinarum lectioni vacabam aſſidue. At vbi ingraueſcentis iam eta
tis ratio me ab his iuuenilibus lecturis animum auertere cepit: altioraqꝫ nitidiora ⁊ vtilio
ra ſtudia querere cogebat: elaboratis prius aliis quibuſdam Mathematicis meis opuſcu
lis: etiam logicales hos duos libellos vltimum vale meum liberalibus ſtudiis facientes:
ad proximorum vtilitatem ex Pariſienſium logicorum optimis colligere edereqꝫ diſpoſui.
Quorum ſecundum: qui predicamentalem logicam continet: principaliter intendens pri=
us edidi: non modo textum cathegoricarum Ariſtotelis abunde ſatis exponentem: verum
etiam ſingularium coordinationum in omnibus dicibilibus tam prime quam ſecunde in=
tentionis: ⁊ in ipſis vniuerſi creaturis omnibus peculiarem propriamqꝫ inveſtigationeʒ ſu
per addentem. Sed quia ex multorum vocabulorum obſcuritate liber ille quibuſdam vide
retur difficilis: compendioſam introductionem terminorum interpretatiuam conſequen=
ter in geniaui. Ipſamqꝫ predicte logice predicamentali anteponendam cenſui. Prophiriuʒ
imitatus qui eadẽ ductus neceſſitate. yſagogem predicabilium in cathegorias edidit Ari
ſtotelis: licet noſtra hec introductio quam ſua tum copioſior tum ⁊ facilior doctiſſimo cuiqꝫ
videri habeat. Uerum quia error circa principia artium magni momenti oſtenditur cum
ad ſequentia ventum eſt: volens ergo logicorum nouitios plano rectoqꝫ itinere ⁊ ſine offen
diculis ad huius ſcientie principia introducere: eidem vocabulorum annotationi dialo=
gum ſeptem dierum adiecimus: in quo etiam minutiſſima queqꝫ introductionis illius ſub
tippo pueriliſ cuiuſdam eruditionis explicantur. Quamuis ad ſubtiliores non nullas il=
linc ſubortas queſtiones per tractandas adoleſcentem iam logicalibus regulis eruditum
introduxerimus: nunc quidem puerulum fatiliora docentem: nunc vero preceptorem circa
altiora interrogantem: cuiuſmodi ſunt ſincathegoreumata: modi ſinnificandi: predicabi=
lia: predicamenta: impoſitiones: intentiones ⁊ conceptus variomodo ſignificantes. Predi
cta ergo introductio cum ſua declaratione hebdomadaria licet poſtremo ſcripta ſint: pri=
mũ faciunt noſtre compoſitionis libellum: ſed predicamentales coordinationes ſecundum.
Quod opus partim alieno partim meo inditio abſolutum: ideo vobis in ſcripſi: ꝙ in veſtro
hornatiſſimo gimnaſio fere totum elaboraui: cui etiaʒ multa me debere recognoſco. ¶ Cete
rum lectorem huius noſtri operis: ſi excepta omnis liuide mordacitatis facula equus cenſ
ſor eſſe velit: hoc in primis admonemus: ne priuſquam ad finem vſqꝫ amborum librorum
peruenerit: iudicare preſumat: quandoquidem in omnibus noſtris opuſculis ſemper hu=
militer planeqꝫ incepimus: ⁊ mediocriter progreſſi tandem ad ſublimiora pariter ⁊ profun
diora pertractate materie in calce peruenimus. Optimus eſt eniʒ hic docendi modus ex fa
cilioribus. Quem ordinem hoc in libro logicali de arte ſeu modo ſciendi obſeruare debui=
mus auidiuſcule. Qua tenus ipſum ſcholaſticis omnibus proponeremus veluti apertiſſi=
mum indicem totius noſtre eruditionis: quantulacunqꝫ fuerit: in liberalibus diſciplinis
aliiſqꝫ eminentioribus ſapientum doctrinis. Scimus namqꝫ predicamentalem logicam
non omnibus eſſe ſatis per viam: quod ex noſtro diſcurſſu demonſtrabitur: ſed ipſa requi=
rit preceptorem in omnibus fere ſcientiis quam eruditiſſimum.

Ualete.



# Petri ciru eli Darocenſis in primam partem

logices (que ars predicamentalis dicitur) breuis faciliſqꝫ introductio de ſeruiens precogni
tioni quid eſt: habetqꝫ poſt diffinitionem termini: decem eius principales diuiſiones.

Teri diffi nitio ꝯmu niſſima.



Erminus
eſt dictio aliquo
modo ſignificati
ua. q̃ etiã eſt pars
orõnis ꝓpinqua.
vel terminꝰ eſt ſi
gnũ logicale incõ
plexũ. vt hõ. Ter
minus dictio di=
cibile vocabuluʒ
⁊ pars orõnis hic
pro eodẽ accipiunt. Id ſignificare aut ſignuʒ
vel ſignificatiuũ eſſe dicit: quod aĩe ſiue intel=
lectui aliq̃d aut aliqualiter repreſentare natũ
eſt. ¶ Teriorũ alius eſt cathegoreumaticus
⁊ alius ſincathegoreumaticus. ideſt ſignifica
tiuus ⁊ cõſignificatiuus. Cathegoreumaticꝰ
dicit aliquis terius dupliciter. primo quo ad
ſignificationẽ. ⁊ ſic. terminus cathegoreumati
cus eſt ille qui aliq̃d aut aliqua natus eſt ſi=
gnificare. vt hõ. Per oppoſitũ ſincathegoreu=
maticus terius primo eſt qui nec aliq̃d nec ali
qua poteſt ſignificare: ſed tantum aliqualiter.
vt oĩs. de quo ſigno dicit Ariſtoteles ꝙ nõ eſt
vniuerſale ſed ſignificat qm̃ vniuerſaliter. Ca
thegoreumaticus terminꝰ ſcd̃o dicitur quo ad
officiũ. ⁊ eſt ille qui in ꝓpoſitione (que eſt orõ
indicatiua) poteſt eſſe ſuppoſitũ verbi perſona
lis modi finiti: vel appoſitũ nois ſubſtãtiui re=
cti. ⁊ talis terius eſt nomẽ ſubſtantiuũ ſimili=
ter ⁊ verbũ. Ecõuerſo ſincathegoreumaticus
terius ſecundo eſt qui nullũ tale officiũ in pro
poſitione habere poteſt. cuiuſmodi ſunt cõiun
ctiones: prepoſitiones: quedã aduerbia ⁊ ple=
raqꝫ noĩa. In propoſito aũt de prima acceptio
ne cathegoreumatici ⁊ ſincathegoreumatici p̃
cipue intendendũ eſt. ¶ Teriorũ ſincathegore
umaticorũ plurime ſunt varietates. nam qui
dam eorum eſt cõplexiuus vt hoc verbuʒ ſum
es eſt. quod etiã dicitur copula ꝓpoſitionis. ⁊
de illo dicit Ariſtoteles ꝙ ipſum eſt nihil ſigni
ficat: niſi quandã cõpoſitionẽ quam ſine extre
mis nõ eſt intelligere. Alius eſt terminꝰ ſinca
thegoreumaticus negatiuꝰ. vt iſta dictio nõ.
ſiue ſit negans ſiue priuãs ſiue infinitans. Ali
us eſt ſincathegoreumaticus trãſitiuus videli
cet prepoſitio. vt patet de his. ad cum per ⁊c.
Alius connexiuus id eſt coniuntio. vt et vel.
Alius diſtributiuus quod etiaʒ dicitur ſignũ
vniuerſale vt oĩs nullus. Alius determinati=
uus vel ſignũ particulare vt quidam aliquis.
Alius cõfuſiuus vt tantum. Alius excluſiuus
vt ſolus. Alius exceptiuus vt preter. Alius re
duplicatiuus vt inquantũ. Alius ꝓnomina=
lis. Cuius ſpẽc ſunt pſonalis vt ego tu. demon
ſtratiuus vt hic iſte: relatiuus vt ille ipſe. Re=
latiuorum etiã aliud eſt ſubſtantie: aliud acci
dentis. cũ eorũ per vulgatis ſpeciebus. Et ita
conſequenter diceretur de multis aliis ſinca=
thegoreumatum diuerſitatibus ſine numero.

Pria di= uiſio teri pricipalis

Sincathe goreuma= tum multi plicitas.

Cathegoreumaticoꝝ teriorũ in cõparatio
ne ad ſua ſignificata duo ſunt modi pri=
cipales. abſolutꝰ terius ⁊ cognotatiuꝰ. Abſolu
tus eſt qui ſic rẽ ſuã ſignificat ꝙ nihil aliud ad
eaʒ pertinens vlterius deſignat. vt homo aial.
Cognotatiuus vero terius aliquid ad rẽ ſigni
ficatã attinens preter illam denotat. vt albus ſi
gnificat hominem ⁊ in ſuper cognotat quedã
eius colorem. Cognotare appellare denotare
⁊ deſignare hoc loco ſinonima ſunt vocabula.
Cognotatiuoruʒ item duo ſunt genera terius
cognotans intrinſece ⁊ cognotans extrinſece.
Intrinſece cognotatiuus terius eſt qui ſignifi
cat rem naturalẽ ⁊ cognotat ſpecialiter aliquã
eius partẽ eſſencialem. vt rõnale ſignificat ho=
minem cognotans rõnaleʒ aiam que eſt ſibi in
trinſeca ⁊ eſſencialis. Extrinſece cognotatiuꝰ
terius ille dicit qui aliquo alio modo circa reʒ
ſuam cognotat. Et hic duplex repperitur. nam
quidaʒ talis eſt poſitiuꝰ. alter vero priuatiuꝰ.
Poſitiuꝰ cognotat terius qui aliq̃d ad rem ſi=
gnificatã pertinens eideʒ adeſſe conſignificat.
vt videns diues. Sed priuatiuus terius illud
ideʒ ſibi abeſſe cognotat. vt cecus pauper. Po
ſitiuorum itidẽ alius cognotat rẽ ſuo principa
li ſignificato inexiſtentem: alius autẽ appellat
aliquod extrinſecũ quoquomodo ſe habẽs ad
ipſum. Eorũ in ſuper qui rem in exiſtentẽ deſi
gnant: alius cognotat ptem integralẽ rey vnã
aut plures. vt ternariꝰ tricubitus triangulus
ſedens. Aliꝰ aũt appellat aliquod accidens il
li ſubiecto in herens. vt albus calidus ſapiẽs.
Illorũ deniqꝫ terminorũ qui rem extrinſecã co
gnotant: quidã ſunt relatiui vt pater dominꝰ
ſocius vicinus. Alii ſunt nõ relatiui vt come=
dens afflictus collocatus veteranus veſtitus.

Secũda diuiſio princi= palis.

Terminoꝝ tam abſolutorum quã cogno=
tatiuorũ ſi ad inuiceʒ cõparent: hec octo
ponunt dĩe. ſimilis. diſſimilis. ſubiectũ predi

Tertia di uiſio prin cipalis.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

catum: predicabile: predicamentū: diffinitio: ⁊ diuiſio. Similis terminus alteri dicitur ille qui eandem rem ⁊ eodem modo ſignificat vt Tulius cicero. veſtis indumētū. Tales termini dicuntur ſinonimi cōſimiles equiualentes: ⁊ idem numero nomine. hinc ergo fit ꝙ inſciētus vocabula ſinonima ſemꝑ pro eodem accipiuntur ⁊ reputantur. Diſſimilis terīus alteri termino eſt ille qui nec vniformiter nec eadē ratione cum illo ſignificat. Et horū alii ſunt diſparati. qui ſilicet de ſe ipſis vere negantur. vt homo ⁊ lapis. albus ⁊ niger. Alii ſunt non diſparati videlicet qui de ſe inuicē poſſunt vere affirmari vt hō albꝰ.

Sub diuiſio

¶ Subiectū eſt terminꝰ precedens copulā in ꝓpoſitiōe. vel exiſtens ſuppoſitum verbi principalis in orone. Et tale eſt duplex quidam eñ eſt terminus cōmunis: alter eſt terīus diſcretus vel ſingularis. Cōmunis terīus eſt ille quem appellatiuū nomē grāmatici vocant: cum ſignificet plures res vniuoce ⁊ eadē rōne: vt homo. Diſcretus vero terīus aut ſingularis (qđ etiā nomen ꝓpriū dicūt) eſt ille q̄ vnā tātū rē ſignificat diſtincte ⁊ ſingulariter vt petrus. Hoc aūt ſex modis variāt logici.

Quarta diuiſio principalis.

PRedicatum eſt terminus ſequens copulam in ꝓpoſitione. qui ⁊ ſubiecto annectitur mediante verbo. Eius due ſunt ſpecies predicatum directū ⁊ indirectum. Directum: ⁊ ordinatum: ſeu ꝓpriū predicatū eſt terīus ſuo ſubiecto cōmunior: vel magis cognotatiuus. vt homo eſt animal. homo eſt albꝰ. Indirectū aut inordinatum: vel impropriū predicatum eſt terīus oppoſito modo ſe hñs ad ſubiectū. vt aial eſt homo. album eſt homo. Predicati directi aliud eſt eſſentiale: aliud accidētale. Eſſētiale p̄dicatum dicit quod nihil extrinſece cognotat ſupra ſuū ſubiectū. vt homo eſt aial. hō eſt rōnalis. Accidentale vero predicatū extrinſece cognotat vltra ſubiectū. vt homo eſt riſibilis hō eſt albus. Eſſentiale itē predicatū eſt duplex. q̄a aliud eſt quiditatiuū ſeu predicatū in quid: aliud vero in quale. Illud predicat in quid qđ nullo modo cognotat ſupra ſubiectū. vt homo eſt aial. linea eſt magnitudo: albedo eſt color. et huiuſmodi p̄dicatū cōueniēter rñdetur ad queſtionē factam per quid querentē de aliquo predicato. Sed id predicat in quale quod aliquo modo ſupra ſubiectū cognotat. ⁊ ſi intrinſeca fuerit illa cognotatio: dr̄ predicatū eſſentiale in quale. qđ cōuenienter reſpondetur ad queſtionē factā ꝑ q̄le de p̄dicato eſſentiali. vt hō eſt rōnalis: aial eſt ſenſitiuū. Accidētale predicatum itidē duplex repperitur quoddā eñ eſt intranſmutabile a ſuo ſubiecto ſic ꝙ nūquā vere negabit de illo. vt homo eſt riſibilis. Aliud vero eſt tranſmutabile: aut faciliter: aut difficulter: naturaliter: vel miraculoſe. vt hō eſt ſedens ⁊ calidus. coruus eſt niger. nix eſt alba.

Quinta diuiſio principalis.

PRedicabile eſt terminus qui de pluribꝰ aptus eſt predicari. ⁊ illa plura dicuntur eius ſubicibilia. Unde ſicut predicabile ſe habet ad predicatum: ſic ſubicibile ad ſubiectū. ⁊ ſicut predicatū ad ſubiectum: ſic predicabile ad ſubicile. Predicabile dupliciter accipitur: quia cōmuniter ⁊ proprie. q̄ ſic differunt. quoniam predicabile ꝓprie dictum ſemper vniuoce directe ⁊ ordinate aptus eſt p̄dicari de pluribus ſuis ſubicibilibus. ⁊ hoc alias dicit vniuerſale logicū. Sed predicabile cōmuniter acceptum ſolū indirecte: equiuoce: aut analogice de pluribꝰ predicat. Eiꝰ due ſunt ſpecies predicabile tranſcēdens ⁊ indiuiduū.

Trāſcēdens terminus.

¶ Tranſcēdens eſt terīus directe predicabilis de omnibꝰ vel de plurimis ſubicibilibus ſed nō vniuoce. vt ens: ſubſtantia: accidens: totū: pars: ⁊ cetera talia. Trāſcendentiū alia ſunt abſoluta. vt ens: res: aliquid: alia ſunt cognotatiua: quoꝝ hec ſignificant principia rerū. cuiuſmodi ſunt principiū: cauſa: elemētum: natura ⁊c̄. Alia ſignificāt diuerſitates entiū. ſicut vnū ⁊ multa: idem ⁊ differēs: prius ⁊ poſteriꝰ: potētia ⁊ actꝰ. Alia demum ſunt tranſcendētia que dicuntur paſſiones predictoꝝ. vt veꝝ: bonū: falſum: perfectū: habitꝰ: priuatio: pars: totū ⁊c̄.

Indiuiduū

¶ Indiuiduū eſt terīus q̄ de vno ſolo directe ⁊ vniuoce p̄dicari poteſt. ⁊ hic ſupra dicebat terīus diſcretus vel ſingularis. vt plato. ioānes: petrus. Eſt autē triplex indiuiduū ſcꝫ determinatū: vagum: ⁊ ſuppoſitiuum. Indiuiduum determinatum vel ſignatum eſt terīus incōplexus abſolutus de vno ſolo ⁊c̄. vt petrus. Vagum autē indiuiduum ſemper eſt cōplexum ex termino cōmuni ⁊ pronomine demōſtratiuo vel aliquo alio ſigno ipſum terīm cōmunem reſtringēte. vt iſte homo: ille lapis. Suppoſitiuū vero indiuiduū (qđ ex ſuppoſitiōe indiuiduum dicit) eſt terminꝰ quandoq̄ cōplexus ex recto ⁊ obliquo. qui etiā de vno ſolo in aliquo caſu predicatur. quāuis ex modo ſue impoſitiōis aptꝰ eſſet de pluribꝰ vniuoce predicari. vt ſophronici filiꝰ eſt indiuiduū ſuppoſito ꝙ talis hō nō habeat niſi vnicū filium. qñq̄ vero tale indiuiduū eſt terīus incōplexus. vt deꝰ: mūdus: ſol: luna ⁊c̄.

Predicabile vniuerſale.

¶ Predicabile ꝓprie dictū ⁊ vniuerſale (vt prediximꝰ) idē ſunt quo ad rē ſignificatā: ſed vocabula iſta nō ſunt ſinonima: quinimo diuerſis modis cognotāt. vniuerſale eñ dr̄ aliq̄s terīus eo ꝙ aptꝰ ſit eſſe in pluribꝰ vniuoce ſignificatis. vt hoc nomē hō in cunctis. hoībꝰ viuētibꝰ. Uniuerſale itaq̄ cognotat cōem modū ſignificādi.



Sed predicabile dicitur aliquis terminus eo ꝙ aptus ſit predicari de pluribꝰ ſubicibilibus terīs vniuoce. vt hoc nomen hō de ſocrate: platōe: ⁊ aliis terīs ſingularibꝰ ſub eo cōtētis. Et quia iſte modꝰ predicādi p̄ſupponit illum modum ſignificandi: ideo predicabile cognotat ſupra vniuerſale. et ꝓpterea dicūt logici ꝙ predicabile eſt propria paſſio vniuerſalis. Predicabile proprie ſumptum ſeu vniuerſale diuiditur in hec quinq̄ genus: ſpeciē: differētiā: propriū ⁊ accidens.

Genus.

¶ Genꝰ eſt p̄dicabile de pluribus differentibus ſpecie in quid. vt animal de homīe: equo: ⁊ leone. Differētia ſpecie ſunt ſpecies nō ſinonime ⁊ earum indiuidua ad ſe inuicem vt paulo poſt fiet manifeſtum. Diuidit autem genus per generaliſſimū ⁊ ſubalternū. Generaliſſimum genus eſt id ſupra qđ non eſt aliud ſuper veniens genus. quare ſic eſt genꝰ ꝙ nullatenus poteſt eſſe ſpecies. vt ſubſtantia: quantitas ⁊c̄. Subalternū genus eſt illud ſupra qđ datur aliud ſuperiꝰ genꝰ. vnde licet ſit genus poteſt eſſe ſpecies. ⁊ ꝓpter hoc alias etiā dicitur ſpecies ſubalterna. vt aial: numerus: color ⁊c̄.

Species.

¶ Species eſt predicabile. qđ (cū ſub genere ponat) de pluribus numero differentibus ſolū poteſt predicari in q̄d. vt hō de ſocrate: platone: ⁊ ceteris. ⁊ propter ea dicit etiā hoc p̄dicabile ſpecies ſpecialiſſima. Id ponit ſub gñe de quo genus eſſentialiter in quid predicatur. Differūt numero indiuidua nō ſinonima etiā ſub eadem ſpecie.

Dr̄ia.

¶ Differentia eſt predicabile de pluribꝰ eſſentialr̄ in q̄le. vt ſenſitiuū ⁊ rōnale. Eſt aūt triplex dr̄ia. gñaliſſima: ſubalterna: ⁊ ſpecialiſſima. Differētia gñaliſſima ē differētiaꝝ ſuprema diuidenſq̄ genꝰ generaliſſimum. vt corporeū. Dr̄ia ſubalterna eſt dr̄ia mediocris diuidenſq̄ genꝰ ſubalternū ⁊ cōſtituēs ſubalternū. vt aiatū: ſenſitiuū. Dr̄ia aūt ſpecialiſſima (q̄ aliaꝝ infima eſt) licet genꝰ diuidat ſubalternū: cōſtituit tñ ſpeciē ſpēaliſſimā cū qua eſt conuertibilis: vt rōnale: rugitiuum hinnitiuū. vñ hec dr̄ia de pluribꝰ numero ſolum differētibꝰ eſt p̄dicabilis. alie vero etiā de pluribus differētibus ſpecie predicari poſſunt. Patet ergo ꝙ eadē differentia ſcđꝫ duos actus duo ſortitur nomina. nam ⁊ diuiſiua gñis ⁊ cōſtitutiua ſpeciei noiatur.

Propriū.

¶ Proprium eſt p̄dicabile de pluribus in quale accidentaliter ⁊ intrāſmutabiliter. vt riſibile rudibile hinnibile. Eſt autē quadruplex ꝓprium. tranſcendens: gñaliſſimum: ſubalternū: ⁊ ſpecialiſſimū. q̄ ꝓportionaliter ꝑ ſua ſubiecta diffiniri hñt: vt entis paſſiōes ſunt vnū: veꝝ: bonū q̄ ſunt trāſcēdētia. Subſtātie ꝓpriū ē ens ꝑ ſe: q̄ntitatis diuiſibile: ⁊ q̄litatis diſpoſitiuū q̄ ſunt gñaliſſima. Corporis ꝓpriū eſt mobile: habitus ꝓpriū eſt difficile ſeparabile: q̄ ſunt ſub alterna. Sed hominis ꝓprium eſt riſibile: equi hinnibile: albedinis diſgregatiuū viſus: q̄ ſunt ſpecialiſſima.

¶ Oīe ꝓprium aut cōuenit oīm: aut ſoli ei de quo eſt predicabile: aut vtroq̄ modo ſimul: hic fit quattuor eſſe huiꝰ vocabuli acceptiōes. primo modo dr̄ propriū predicatū accidētale qđ cōuenit ſoli ſed nō omni. vt homini ꝓpriū eſt ſapiēs: grāmaticum: logicum. Scđo modo qđ cōuenit omni: ſed nō ſoli. vt hoi bipes. Tertio modo qđ conuenit omni ⁊ ſoli: ſed nō ſemꝑ. vt homini caneſcēs vel canū. Quarto modo qđ cōuenit omni: ⁊ ſoli: ⁊ ſemꝑ. vt hoi riſibile. Cū itaq̄ aliquod predicabile ꝓprium noiamus: nō niſi ſcđo aut quarto modo predictoꝝ ꝓprium accipimus. Sed ꝓprium quarto modo dictum alias ꝓpria paſſio noiatur. ſcꝫ predicabile qđ conuenit oīm: ⁊ ſoli: ⁊ ſemꝑ: ⁊ conuerſim predicat de ſubiecto ſed non indicat q̄d eſt eſſe rei.

Accidens.

¶ Accidēs eſt predicabile de pluribus accidētaliter ⁊ trāſmutabiliter. vel accidēs eſt qđ poteſt adeſſe ⁊ abeſſe ſubiecto preter ſubiecti corruptionē. vt albū accidit hoi. Subiectū accidētis in logica dr̄ terīus abſolutus vel terminus in cōparatiōe accidētis minꝰ cognotatiuus. Adeſſe in ꝓpoſito eſt accidētaliter vere affirmari de ſubiecto. ſed abeſſe eſt vere negari de eodē. Corruptio ſubiecti hic dr̄ qñ ipꝫ ſubiectū deſinit ſupponere. hoc eſt qñ iā nō ꝓ eodē accipitur vt priꝰ nec de ꝓnoīe reꝫ eandē demōſtrāte verificabilis eſt. Accidētium aliud ſepabile eſt aliud inſepabile. Sepabile accidēs eſt quod prōpte ⁊ faciliter poteſt đ ſuo ſubiecto vere negari vt calidum de hoīe. Inſepabile vero accidens ex eo tātū dicit ꝙ vix ⁊ cum difficultate naturaliter: vel nō niſi ſuꝑ naturaliter de ſuo ſubiecto poſſit vere negari. vt nigrū de coruo ⁊ ethiope. vel albū đ cigno ⁊ niue. Hactenꝰ ergo de p̄dicabilibꝰ terīs. quoꝝ hec eſt regula generalis. ꝙ oīs predicatio cuiuſlibet predicabilis de ſuo ſubicibili eſt directa: propria: ⁊ ordinata. que ſi in terminis conuertatur: erit predicatio indirecta: impropria: ⁊ inordinata. Pro eorundem tamen predicabilium diffinitionibus premiſſis amplius explicandis ſciendum eſt ꝙ hec duo nomina idem ⁊ differens in logica terminos ſignificant ad inuicē comparatos ſilicet qui de ſe ipſis ⁊ de eodem pronomine demonſtratiuo vere affirmari aut negari poſſunt: vel de quibus vnus ⁊ idem terminus ſuperior eſt vere aut nō vere affirmabilis.

Idē ⁊ differēs multipliciter in terīs.

¶ Horū tres ſunt modi. Idē ⁊ differēs gñe: ſpecie: ⁊ numero. Eadem gñe ſunt q̄cunq̄ ſub eodem gñe cōtinent. vt homo ⁊ equus ſub aiali.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Sed differentia genere dicuntur genera diuerſa ⁊ que ſub ipſis continentur ſpecies ⁊ indiuidua. vt ſubſtantia ⁊ qualitas. homo ⁊ albedo. Eadem ſpecie ſunt que ſub eadem ſpecie ponũtur. vt petrus ⁊ ioannes ſub homine. Diuerſa aũt ſpecie ſunt ſpecies diſparate: ⁊ q̃ ſub eis cõtinent̃ indiuidua. vt hõ ⁊ equus. ioãnes ⁊ brunellus. Eadẽ numero ſunt teri de ſe inuicẽ ⁊ de eodẽ tertio verificabiles: pro eodemq̀ȝ supponẽtes. E cõuerſo aũt dicunt̃ aliquid termini numero differẽtes. ¶ Sȝ eadẽ ⁊ dĩa numero quadrifariã diuidunt. videlicet eadẽ ⁊ dĩa numero nomine: diffinitiõe: proprio ⁊ accidente. Eadem numero noĩe ſunt termini ſinonimi ꝓ eodem ſupponẽtes vt Tulius ⁊ cicero. Differentia autẽ hoc modo ſunt que pro diuerſis rebus ſupponunt vt petrus ⁊ ioannes. Eadẽ diffinitione ſunt teri pro eodem ſupponẽtes quorum vnus eſt diffinitio aut pars diffinitiõis alteriꝰ vt homo ⁊ aĩal rationale. Per oppoſitũ differentia numero diffinitiõe ſunt aliquis terius ⁊ diffinitio aliena ſibi nõ cõueniens. vt planta ⁊ aĩal rationale. Eadẽ numero ꝓprio ſunt teri pro eodem ſupponẽtes quoꝝ vnus eſt propriũ alteriꝰ. vt homo ⁊ riſibile. differentia autẽ hoc modo ſunt aliquis terius ⁊ propriũ alienum. vt equus ⁊ riſibile. Eadem numero accidente ſunt teri pro eodem ſupponẽtes quorũ vnus eſt accidens alterius. vt homo ⁊ albus. Differentia vero accidente ſunt ſubiectũ ⁊ accidens extraneũ. vt homo ⁊ pennatũ. Predicti tres modi principales ſic debent cõparari interſe. quia omnia genere differentia differunt etiaȝ ſpecie ⁊ numero: ſed nõ econtra. Per oppoſitum omnia que ſunt eadẽ numero: identificantur etiã ſpecie ⁊ genere: ſed nõ cõuertitur comparatio. Ex predictis ſatis poſſent colligi predicabiliũ notabiliores conuenientie ⁊ differentie interſe: ne opus ſit talia extenſius enarrare.

Sexta diuiſio principalis.

Predicamentum tripliciter dicitur. primo modo eſt ſinonimũ generaliſſimo de quo ſupra diximus. Secundo accipitur ꝓ tota vna coordinatione plurium generum ⁊ ſpecierum ſecundũ predicationes eſſentiales quiditatiuas. que grece cathegoria dicitur. Tertio modo predicamentũ dici poteſt quodcũq̀ȝ predicabile talis cathegorie ſiue ſuperiꝰ ſiue inferius in ea. Unde predicamentum hoc tertio modo ſic iterpretamur: dicibile coordinabile. Sed qꝛ hec tertia acceptio predicamenti promtior eſt aliaſq̀ȝ duas cõprehendit: ideo huius gñis diuiſio ſequens ſecudũ iſtã ſignificationẽ erit intelligẽda. ¶ Eſt itaq̀ȝ duplex predicamẽtum. alterum prime alterum ſecunde intentionis. Predicamentũ prime intentionis eſt dicibile coordinabile qđ eſt prima intentio. vt homo. Predicamentũ ſecunde intentionis eſt ſecunda intentio coordinabilis. vt ſpecies. Predicamenti prime intentiõis ſimplicis decẽȝ ponit Ariſtoteles ſpecieſque ſunt: ſubſtãtia: quãtitas: qualitas: ad aliq̃d: actio: paſſio: quãdo: vbi ſitus habitus. Ex quibus ad inuiceȝ cõparatis plurime naſcuntur ſpecies predicamenti prime intentionis mixte.

Septima diuiſio principalis.

Diffinitio cõmuniter loquẽdo eſt complexa declaratio explicatiua alicuius incõplexi per cõmuniora. Dicitur autẽȝ diffinitio complexa ſicut terius nõ ſicut orõ. eſt enim ſua complexio in diſtans ⁊ ſine verbo cõplectente. Duplex vero diſtinguitur diffinitio alia quid nominis ⁊ alia quid rei. Diffinitio q̃d nominis eſt illa q̃ explicat quid per nomen diffinitũ importatur. ⁊ in ea loco gñis prope ſemp ponit̃ terius tranſcendens. vt ens cõpoſitũ ex incõpoſibilibus eſt diffinitio quid noĩs chimere. Talis autẽ diffinitio non conuenit teris abſolutis ſed bene oĩbus cognotatiuis tam ſupponentibus quam nõ ſupponentibꝰ. Sed illã que eſt teriorum nõ ſupponentiũ quidam vocant diffinitionẽ quid nominis proprie dictã vt ſunt iſti teri chimera vacuuȝ infinitum. Aliam autem que cõuenit teris accidentalibus ſupponentibus dicunt eſſe impropriã. vt patet de iſtis teris album ſedens pater ⁊c̃. Diffinitio quid rei eſt illa q̃ explicat que ⁊ qualis eſt res ſignificata ꝑ diffinitum. Talis vero diffinitio nõ poteſt eſſe teriorum nõ ſupponentiũ ſed tantũ ſupponentium. Et huius tres ſunt ſpecies diffinitio q̃ditatiua: deſcriptiua: ⁊ cauſalis. Quiditatiua diffinitio eſt orõ indicans q̃d eſt eſſe rei per eſſentialia predicata. vnde ⁊ hec ſemp conſtat ex genere ⁊ differentia proprie dictis. vt animal rõnale eſt quiditatiua diffinitio hominis. Talis etiã diffinitio ſemp componit̃ ex rectis. ⁊ tãtum conuenit teris abſolutis. vt homini equo ⁊ leoni. nec tamẽ eis oĩbus. Quamuis ergo ſolius ſpeciei ſit diffinitio q̃ditatiua: non tamẽ oĩs ſpeciei erit. Deſcriptiua diffinittio vel deſcriptio eſt illa que cõponitur ex genere ⁊ ꝓprio aut accidẽte vno vel pluribus. vt aĩal greſſibile bipes eſt hominis deſcriptio. Et huius modi diffinitio poteſt demõſtrari de ſuo diffinito ſicut ⁊ vltima pars eiꝰ. Cauſalis diffinitio eſt illa q̃ explicat cauſam rei ſignificate per ſuum diffinitum. vt cõpoſitum ex corpore organico ⁊ aĩa rationali eſt diffinitio cauſalis hoĩs. Unde ⁊ talis diffinitio ſemp datur per obiquos caſus. que etiã poteſt conuenire tam teris abſolutis quaȝ cognotatiuis ſicut ⁊ deſcriptio. ¶ Diffinitũ dr̃ terminꝰ cum diffinitione conuertibilis ⁊ affirmatiue ⁊ negatiue. qđ alias vocari ſolet diffinitum ꝓpinquum ſicut res quã ſignificat eſt diffinitũ remotum. Cuiuſlibet bone diffinitionis tres ſunt cõditiones precipue. Prima eſt ꝙ ipſa cõueniat ſoli diffinito. Secũda ꝙ cõueniat oĩni cõtento ſub diffinito. Tertia quod ſufficienter explicet ſuum diffinituȝ.



Octaua diuiſio principalis.

Diuiſio dupliciter accipit̃: quoniã phiſice ⁊ logice. Sed ſecunda acceptio analogiam habet ad primã. ſicut enim diuiſio realis eſt ſectio alicuius tocius in ſuas ꝑtes: ſic ⁊ diuiſio logicalis eſt teri cõmunioris in alias minus cõmunes quo ad ſua ſignificata diſtributũ. Diuiſionis huiꝰ auctore Boetio due ſunt ſpecies diuiſio per ſe ⁊ diuiſio per accidẽs. Per ſe diuiſio dr̃ illa cuius diuiſum ⁊ mẽbra diuidentia eiuſdem ſunt vel abſolutionis vel extriſece cognotatiõis. Oppoſito modo ſe habet diuiſio ꝑ accidẽs. Diuiſum eſt terius cõioꝛ diuiſionis. vnde ⁊ membra diuidẽtia ſunt teri eius minus cões. Diuiſio per ſe eſt duplex ſcȝ diuiſio equiuoci ⁊ diuiſio vniuoci. Equiuoci diuiſio eſt illa cuiꝰ diuiſum eſt terius equiuocus. ſed mẽbra ſunt eius equiuocata. hoc eſt teri de quibꝰ tale diuiſum predicat̃ diuerſis rõnibus. Hec duas habet ſpecies. prima eſt diuiſio pure equiuoci. ſecunda eſt diuiſio analogi. Pure equiuocũ dr̃ equiuocum a caſu. ⁊ tale diuiditur per ſua equiuocata eq̀ȝ primo ſub eo poſita. vt canum alius eſt terreſtris: aliꝰ marinꝰ: ⁊ alius celeſtis. Analogũ vero dr̃ equiuocum a cõſilio. ⁊ diuiditur in ſua analogata quoruȝ vnum priꝰ ⁊ aliud poſterius ſub eo cõtinẽtur. vt aĩalium aliud eſt viuũ: aliud mortuũ: ⁊ aliud pictum. Uniuoci diuiſio eſt illa cuius diuiſum eſt terius vniuocus qui etiã dr̃ totum logicale: ſed mẽbra ſunt eius vniuocata ideſt termini de quibꝰ ipſum predicat̃ ſecundũ eandẽ rõnem ⁊ eque principaliter. Huius gñis tres ſunt ſpecies. diuiſio totius vniuerſalis: diuiſio totius in modo. ⁊ diuiſio totiꝰ integralis. Totius vniuerſalis diuiſio eſt illa cuius diuiſum eſt vniuerſale predicabile. ⁊ mẽbra ſunt eiꝰ ſubicibilia eſſentialiter. q̃ triplex diſtinguit̃. videlicet diuiſio gñis in ſpecies. vt aĩaliũ aliud eſt homo: aliud brutũ. Diuiſio gñis per differẽtias. vt aĩalium aliud eſt rõnale: aliud irrõnale. Et diuiſio ſpeciei in ſua indiuidua. vt hoĩȝ alius eſt ſocrates ⁊ alius plato. Sed hec diuiſio tertia non ita pertinet ad ſcientias ſicut alie due. Totius in modo diuiſio eſt illa cuiꝰ diuiſum eſt terius cõis acceptꝰ ſimpliciter ⁊ ſine addito: ſed mẽbra eius ſunt cõplexa ex eodem termino ſumpto cum diuerſis determinationibꝰ non variantibus eius rõnem ſignificandi. ⁊ illa mẽbra dicũtur partes in modo. vt hominuȝ alius eſt homo ſanus: aliꝰ homo eger. ſed hec diuiſio non omnino eſt per ſe. Totius integralis diuiſio eſt illa cuius diuiſum eſt nomen totius integralis: mẽbra autem ſunt noĩa ſingularum partiũ. vt domꝰ alia pars eſt fundamẽtum: alia eſt paries: ⁊ alia tectum. Diuiſio per accidens eſt triplex vna ſubiecti in accidẽtia: quando ſcilicet diuiſum eſt ſubiectũ ⁊ mẽbra ſunt eius accidentia predicabilia. vt aĩalium aliud eſt ſanum: aliud egrum. Alia eſt diuiſio accidentis in ſubiecta: vt ſanoruȝ aliud eſt homo: aliud brutum. Tertia eſt diuiſio accidentis in accidentia: vt alborũ aliud eſt dulce: aliud amarũ: aliđ mediocre. ¶ Cuiuſlibet bone diuiſionis ſimiliter ſunt tres cõditiões. prima ꝙ membra diuidentia ſint oppoſita aut non ſinonima. Secunda ꝙ diuiſum nõ excedat mẽbra. Tertia ꝙ nec mẽbra excedant diuiſum: ſed opȝ ꝙ ſit cõuertibilis cõſequentia inter diuiſum ⁊ membra oĩa diſiunctim accepta. Oĩs etiam bona diuiſio debet equiualere vni ꝓpoſitioni vniuerſali affirmatiue de diſiuncto predicato per quã ipſa diuiſio eſt reſoluenda. Indiffinitionibus aũt ⁊ diuiſionibus autorũ vocabula cenſeantur abſoluta a numero ⁊ tempore: verbaq̀ȝ non actum ſed aptitudineȝ importantia.

Nona diuiſio principalis.

Terminorũ omniũ ſupra dictoruȝ triplex eſt differentia. nam quidã taliũ eſt terminus mẽtalis: alius vocalis: ⁊ alius ſcriptꝰ. Mentalis terius eſt cõceptus mentis naturaliter ꝓprie ſignificans. qui etiã intentio: conceptio: notio: notitia: verbum cordis: ſimplex intelligentia: ſpecies intelligibilis: ſeu actus intelligendi: vitalis immutatio: ⁊ naturalis ſimilitudo rei in mente: multiſq̀ȝ aliis nominibus vocari ſolet. Vocalis terius eſt vox ſignificatiua ad placitũ. Scriptus vero eſt ſcriptura etiam ad placitũ ſignificans. Unde manifeſtũ eſt ꝙ ſicut teri mentales dicunt̃ intentiones: ſic teri vocales ⁊ ſcripti dicendi ſunt impoſitiões quia ad ſignificãdũ impoſiti ſunt ex bene placito auctorũ. Nõ ſic mẽtales teri: ſed ſuapte natura ſignificãt. ¶ Quare ſciendũ eſt ꝙ dupliciter cõtingit ꝙ vna res aliã ſignificet. primo naturaliter ſecundo ad placitũ. Significare naturaliter eſt a natura ſua vel ex ſua prima condiciõe aliquid repreſentare aĩe vel intellectui. Significare vero ad placitũ eſt quãdo terius ſolum ex libera ⁊ voluntaria impoſitione autorum ⁊ nõ ſuapte natura aliquid repreſentat. Naturaliter ſignificare diuidit̃ per naturaliter cõmuniter ⁊ naturaliter ꝓprie. Naturali=

Subdiuiſio d̃ ſignificare.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ter communiter ſignificat qđ non eſt rei ſignifi
cate formalis noticia: ſed ducit nos naturali=
ter in illam. ſicut veſtigiū pedis ſignificat ani=
mal: ⁊ fumus ignem: ⁊ gemitus hominis dolo
rem. Unde conſtare poteſt ꝙ omnis res mun=
di naturaliter ſignificat ſe ipſam: omniſqꝫ effe
ctus ſuā cuaſam naturaliter repreſentat. Du=
cere in alterius rei notitiā eſt vel de nouo ipſaꝫ
in mente cauſare. vel iam ibi exiſtentem iteruꝫ
preſentare ⁊ excitare. Naturaliter proprie illđ
ſolummodo ſignificat quod eſt rei ſignificate
diſtincta ⁊ propria ſimilitudo ⁊ effigies. vt eſt
conceptus mentis ⁊ ymago ſpeculi. Adplaci=
tum ſignificare. ſimiliter diuiditur per ſignifi=
care aliquid vltimate ⁊ non vltimate. Signi
ficatum vltimatum alicuius termini eſt illud
ad quod ſignificandum terminus fuit princi=
paliter impoſitus. ſed non vltimatum ſignifi=
catum eſt quicquid aliud ex conſequenti ter=
minus ſignificat adplacitū. cuiuſmodi eſt con
ceptus mentis cui ſubordinatur talis termin⁹
impoſitus. vel etiam ipſemet terminus voca=
lis aut ſcriptus ſibi ſinonimus.

Decima diuiſio principalis de cōceptib⁹.

Terminorum mentalium duo ſunt gene=
ra precipua. nam quidam eorū ſunt mē=
tales vltimati ⁊ proprie dicti: alii ſunt menta=
les termini nō vltimati ⁊ in proprie dicti. Mē
tales termini vltimati ſunt conceptus ſolum
naturaliter proprie ſignificātes res illas quas
etiam termini vocales ⁊ ſcripti ſignificant ad
placitum vltimate. vt conceptus quem quis
habet de aliquo homine qui eſt naturalis ſi=
militudo eius in mente. Unde patet quare di
catur concept⁹ vltimatus ⁊ proprie dictus ſeu
intentio mentis. Sed termini mētales non vl=
mati ſunt conceptus naturaliter proprie ſigni
ficantes voces ⁊ ſcripturas quarum ſunt ſimi
litudines: ⁊ preter hoc vlterius ad placitum ſi=
gnificantes res eaſdem quas ſue voces ⁊ ſcri=
pture ad placitum ſignificant. vt naturalis ſi=
militudo hui⁹ vocis vel ſcripture homo in mē
te. de qua ſatis conſtat ꝙ non eſt conceptus vl=
timatus nec propria ſimilitudo rei principali
ter ſignificate: ſed tantum vocis vel ſcripture ſi
gnificantis. quare talis notio potius dicenda
eſt impoſitio quam intentio rei. ¶ Termino=
rum mentalium proprie dictorum qui ſunt in
tentiones: alius eſt prima intentio: alius ſecū=
da intentio. Eſt autem prima intentio conce=
ptus naturaliter proprie ſignificans rem que
non eſt alterius ſignum orationale: vel ſignifi
cans aliquid non ea ratione qua eſt ſignum o
rationale. vt ſimilitudo hominis: vel leonis in
mente. Secunda intentio eſt conceptus natu=
raliter proprie ſignificans reꝫ que eſt predicto
modo ſignum ⁊ ea ratione qua eſt tale ſignuꝫ.
vt ſimilitudo naturalis in mente omnium no
minum aut verborum: vel omnium generum
aut ſpecierum. Conſimilis diſtinctio eſt querē
da in terminis vocalibus: ⁊ ſcriptis: ⁊ mentali
bus non vltimatis qui omnes vocantur im=
poſitiones. Nam illoruꝫ alius eſt prima impo
ſitio alius ſecunda impoſitiō. quorum diffini=
tiones in nullo alio differunt a primis ⁊ ſecun
dis intentionibus niſi ꝙ vbi illic dicebatur na
turaliter proprie: hic dicatur ad placituꝫ ſigni
ficans. Ex hiis ergo ſecundis intentionibus ⁊
impoſitionibus ſunt ſcientie ſermotionales:
ſed ex primis ſcientie reales.

Textus huius introductionis logicalis.
Finis.

Sequitur declaratio eius.

# Eiuſdem. P. C. D. Introductionum predica
mentalium declaratiuus Dialogus per hebdomadem diſtributus. Cui⁹ interlocuto
res ſunt vnus Magiſter ⁊ duo diſcipuli. Alter adoleſcens: ⁊ alter Puer.

¶ Dies primus erit de recta logice imaginatione: quaſi de noue lucis creatione.

Magiſter.



Degit me dilectiſſime ac ho
neſtiſſime adole=
ſcens vel Rei do=
meſtice anguſtia:
vel potius ſincera
in domino proxi
morum charitas:
vt poſt tam diu=
turnum in potio=
ribus Chriſtiani
tatis achademiis meum incolatum: ad nata=
lem patriam rediens erudiendis adhuc rudi
bus iuuenuꝫ animis peruigili cura inſudarē.
Plus certe labor ex vtrauis harum ſumptus
occaſionū: ſed grādis ocii mentis mee iactura
fuit. Nā vacationē ab exteriore opere multum
facere ad ſapientie acquiſitioneꝫ teſtis eſt qui
dixit: ſapientiā ſcribe in tempore vacuitatis ⁊
qui minoratur actu percipiet illā. Ideo ſtudiū
cognoſcende veritatis ſi aurelio credit Augu
ſtino ad laudabile ocium pertinet. ociū inquit
ſanctū querit charitas veritatis: licet nōnunꝗ̄
negociū iuſtum ſuſcipiat veritas charitatis.
In qua viciſſitudine hanc ipſe ponit regulaꝫ.
negocii ſarcinā ſi nullus imponit: percipiende
atqꝫ intuende vacandum eſt veritati. ſi autem
imponit: ſuſcipienda eſt ꝑpter charitatis ne=
ceſſitatem. De qua neceſſitate idem Auguſti=
nus ad Eudoſium ſic ait. neqꝫ ocium veſtrum
neceſſitatibus eccleſie preponatis. cui parturiē
ti ſi nulli boni miniſtrare vellent: quomō naſ=
ceremini nō inueniretis. Quia igit huiuſce=
modi negocii ſarcinā diuina prouidentia (ſed
vt pie oppinor nō ad inſipientiā mihi) impone
re voluit: annitendū eſſe duxi id operis iuxta
diuini tenorē precepti fideliter exercere. ne talē
tum mihi cōmiſſum ſudario torpentis ocii in
uoluens ſeruus nequā ⁊ reprehenſibilis in ex
tremo examine cōparеam. Tu quoqꝫ ſi ſapis fi
li ob id ipſum conaberis ne ingenuā hanc tuā
indolem: etatem: pater nāqꝫ ſubſtantiam alio
rū more adoleſcentū voluptatib⁹ carneis aut
ludis quaſi in terram fodiens abſcondas ina=
niterqꝫ perire ſinas. quinimo vti bonus Chri
ſti miniſter acceptam gratiā fecunda probita=
te duplicans ſublimitatē (que in domo dei fide
liter miniſtrantibus repromittitur) obnixius
laborando certiſſimā expecta. maxime ſi (vt ce
piſti) labor tuus ad ſapientie acquiſitionem
dirigatur. Cuius nō habet amaritudinem cō
uerſatio: nec tediū cōuictus illius: ſed letitiam
⁊ gaudiū. vnde iuxta ſapientis cōſilium: qua
ſi is qui arat ⁊ ſeminat accede ad ſapientiam.
⁊ ſi quiſieris eam quaſi pecuniā: ⁊ ſicut theſau
ros effoderis illā: tunc ſcientiā dei inuenies.
Ad cuius rectam inuentioneꝫ liberaliū artiuꝫ
ſtudium nō nihil momēti habere predicāt om
nes docti: hinc triuiū ⁊ quadriuiū noīa acce=
perunt: eo ꝙ hiis q̄ſi q̄buſdaꝫ viis aius viuax
ad ſecreta Philoſophie introeat vt exponit hu
go in ſuo didaſcaliōe de origine ſcientiarū. Ea
rum vero maxime logica ars (q̄ ſublitatē artifi
cii in rōtinando multiplicib⁹ perq̄rit regulis.)
intellectus humani aciē per oīa dirigens comē
dabilis apparet. q̄re in negocio ſapie ipaꝫ cete
ris artib⁹ pri⁹ adiſcēdā ſcholaſticis tradūt. Eā
igit diſciplinā his tui ſtudii priorib⁹ annis ple
nius imbibe: q̄ten⁹ ſic ingeniū tuū eleuās: acu
ens: elimanſqꝫ ad maiora promptior euadas.
Idqꝫ facilius obtinebis ſi non modo audiendo
verū etiā q̄ audita intellexeris aliis min⁹ eru
ditis libere exponēdo te exerceas. In quo ope
ſortē bonā cōſequtus es: q̄n quidē ingenioſum
valde puerū adiſcende logice gr̄a deus hodie
nobis aduexit. Tu ergo qui puerilia logices
rudimenta iā plene calles: eidē puero nr̄am p̄=
dicamentalē introductionē offer vna mecum
ip̄m docturus. Adoleſcēs. Lubet ꝑtin⁹ perꝗ̄
colēde preceptor ſi mō tu ip̄e gratioſa (vt ſoles)
quadā prelocutiōe eū mihi docilē beniuolūqꝫ
prius effeceris. q̄ duo cū debita attentiōe ex tu
liana doctrina nouitiis cuiuſqꝫ artis tirunculis fore per neceſſaria ſepiſſime nobis cōmemo
raſti. Magiſter. Optie dicis: faciā quāuis
ad hoc tu ipſe ſatis eſſes ex his q̄ didiciſti nec
mea (vt credo) opa egeres. A. ymo vero etiā ſi
milleſies eandē reppeteres lectionē (tanta eſt ti
bi explicandi gr̄a diuinit⁹ cōceſſa) ſemp noui
aliquid mihi videor accipe. ⁊ vt comicus ille
aiebat nūquā ad te accedo quin abſte abeā do
ctior. M. Adulatoris falſi dictū id eſſe recolo
apud therentiū. ſed lōge aliter penes me inge=
nium tuū cōpertū habeo: qui nō blanditoris
officio hoc te allegaſſe preſumā ſꝫ (vt fieri ſolet)

Comēdat ociū mēſ

Suadet negociū.

Sapie ſtudiū q̄le ſit.

Artes liberales cōferunt.

Logica intimatur.

Puer introducēd⁹ occurrit.

Uanā gloriā euitat.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

auctorum ſententias quomodocunꝗ noſtris
locutionibꝰ adaptamus. A. Sic ꝓfecto ex me
dictū accipe. nā ego (vt aiunt) te intus ⁊ in cu-
te noui: cui falſa ⁊ fragilis hoīum gloria nun-
quā voluptati fuit. ſed verā illā ⁊ ſolidā gloriā
(q̄ eſt laboꝝ oium perfectiſſima merces) querē-
daʒ ſpectandāꝗ eſſe predicantē te frequēter ac-
cepi. potuiſſes nāꝗ ſi mūdanā dilexiſſes ꝓbāta-
ſiā: curias adiſſe ꝑicipū aut domos itraſſe pō-
tificū multo facilꝰ multoꝗ vberiꝰ q̄buſdā illic
ſub eadē ꝓfeſſiōe curſitātibꝰ quoꝝ pleriꝗ i dies
ad ecclaſticos euehunt̄ honores: neꝗ hoc tenui
hoſpitiolo q̄ſi paſſer ſolitariꝰ itecto lateres mū-
do incognitꝰ. M. Beatū dixerūt pplm cui hec
mūdana ꝓſpera ſunt: ſʒ regiꝰ vates beatꝰ inq̄t
populus cuiꝰ dn̄s eius eſt hereditas ⁊ poſſeſio.
Conemur ergo fili in ſecreto cordis cubiculo d̄-
um nr̄m poſſidere per intellectualē meditatio-
nem ⁊ affectualē fruitionē ſicꝗ beati erimꝰ. ſi-
mus nāꝗ redimētes tēpus huiꝰ vite ſcd̄ʒ Apo-
ſtoli pauli documentū qm̄ dies mali ſunt: ⁊ ſe-
neſcente iā mundo inſtant tēpora periculoſa.
Sed his i aliud tēpus dilatis pueri nr̄i erudi-
tioni inſiſtamus. Affer igit̄ illum ad nos quo
eius in literaria diſciplina ſufficientiā ꝑmū
explorēmꝰ. A. Queſitū mox adducā. heus pu-
er. preceptor te acerſiri iubet. Puer. camus oci-
us. ſed vbinā ipſe eſt? A. In cubiculo ſolus li-
(Diſcipulꝰ offertur.) broꝝ quedā verſans volumina. Adeſt magi-
ſter optime puer quē petebas. M. Saluus ad-
ueneris chariſſime fili. P. Tu etiā per quā ob-
ſeruande preceptor ſalueto. M. Quod tibi no-
men eſt bone puer? P. Joannes eſt nomē meū
ſapientiſſime magiſter. M. Gratioſam hercle
ſortitus es noiationē. a grā eni ioānis vocabu-
lum acceptū eſſe aiunt: quā ſanctiſſimus ille
xp̄i precurſor eodē noie ab angelo preſignatus
⁊ ſeruauit ꝑſeuerāter: ⁊ p̄dicauit affluēter. age
ergo fili vt nomē tuū ſit rei cōſonū: diuinā grāʒ
ardenter diligens: prudenter q̄rens: ⁊ tenaci-
ter cuſtodiēs. Quot ānos nactꝰ es? P. Quat-
tuordecim fere vt parētes mei cōmemorāt. M.
Finē ergo pueritie iā attingis: atꝗ ideo paup-
tatem ſenſus te finire opus eſt: indeꝗ adoleſce-
re ſicut corporali etate ſic ⁊ moꝝ ꝓbitate. Sed
q̄le cedo de vita tua in hoc ſeculo ꝓpoſitū con-
(Clericatuʒ elegit.) cepiſti? P. Honeſtū chriſtiane religionis cleri-
catū iuxta parētum vota ꝑuiribus amplexan-
dū ꝓpoſui: atꝗ ſtudiū lr̄arum: eidē ordini per-
neceſſarium inſeq̄ diſpoſui. quare ditioni tue
(quē ſacerdotalis dignitas cū ſapia d̄corauit)
libētiſſime obtēperabo. M. Prouidū certe cō-
ſiliū difficili hac tēpeſtate pueritie tue inditū
eſt: quo in ſacro celibatu diuinis miniſteriis
mancipaberis: ⁊ incōparabili ſapie theſauro

hunc bone indolis aīuʒ tuū locupletabis. ⁊ ſic
deniꝗ ab egyptia huiꝰ mundi ſeruitute libera-
tus ingeniū hoc docile gl̄ioſum efficies. Sed
cū duplex ſit eccleſiaſticarū lr̄arum genus: al-
terū theologicū: ⁊ ius pōtificiū alteꝝ: vtrū ho-
rum preeligēdum ſtatueris? P. Audiui plero-
ſꝗ decretiſtas (qui ſacros eccleſiaſtici regiminis
canones ꝓfitenteur) dicētes ꝙ ſua doctrina vix
aut nunquā ſupra domoꝝ tecta erigit̄. at theo-
logorum ſapiētiſſima cōuerſatio ſemp in celis
eſſe dr̄. Ad eā itaꝗ aius meus totis precordiis (Theologiaʒ affectat.)
aſpirat: hanc mihi facultatē eligendā: ſectādā:
⁊ cum diuino adiutorio capeſſendaʒ duxi. ad
quā multaꝝ doctrinaꝝ ſubſeruiētiū vehiculis
ductorē te predicat cōis fama. vnde ꝑnoti pro-
genitores ⁊ q̄ mei curā a natura ſuſceperūt: vt
ſi dignuʒ duxeris tuoꝝ diſcipuloꝝ vel minimꝰ
efficiar eaꝝ quas iuſte poſſides ſpiritualiū di-
uitiarum heres futurus: qn̄ ⁊ etas: ⁊ deuotio:
⁊ victualium neceſſarioꝝ copia ex diuina lar-
gitate nō deſunt. M. Xp̄i dn̄i iuditio Maria
potiorē Martha partē elegiſſe dignoſcit̄ in do- (Theologia iuriſ preferτur.)
mo dei q̄ eſt fidelium eccleſia. cuilibet vero in-
telligēti ſatis cōſtat iuridicos agēdoꝝ peritiā
hn̄tes Marthe bonam portionē vēdicare. The-
ologi autē diuina cōtēplātes optimā Marie ꝑ-
tem ſecus pedes dn̄i elegerunt. quare voce dei
electio tua ꝓuida cenſebit̄ ad meliorē ſed diffi-
ciliorē ꝑteʒ vergēs. P. Cōe ꝓuerbium clamat
ꝙ omne pretioſum eſt difficile ⁊ rarū. Imo non
aliunde pretioſum niſi q2 rarū. ſed nihil adeo
difficile exiſtimo qd̄ (ſi hoi ſit poſſibile) labore
aſſiduo ⁊ diuino cōmitante auxilio nō acq̄ra-
tur. labor iprobus inquit poeta oia vincit. faci-
enti in ſuper ꝙ in ſe eſt (vt theologi predicāt) de-
us ſemꝑ aſſiſtit ⁊ grāʒ queſitā cōffert. M. Ele-
ctiōis tue bone duas in ſuꝑ accipe rōnes. Pri-
ma eſt habilitatis tibi innate decētia quā ipſa
faciei corporea phiſionomia ad ſpeculāda ſu-
blimia prōptiſſimā effert. altera eſt ꝙ ea q̄ in ec-
cleſiaſticis ſanctionibꝰ precipua ⁊ viro ſapien-
te digniora ſunt: quilibet doctus theologus ac-
culus ligneꝰ pendēs añ domū eſt ſignū vini ve
nalis in ea: ⁊ vocabula ſunt rerū ſigna: ⁊ ſic de
alijs multis. Hoc autē genus ſignū eſt remotiſ
ſimū ⁊ valde cōe ſub quo multis diuiſiōibꝰ ⁊ q̄
dem mihi difficilibꝰ deſcēdit̄ vſqꝫ ad ſignū lo=
gicale. ſed ecce adeſt ſatis opoꝛtune per q̄ꝫ colē
dus magr̄ nr̄ q̄ rē iſtā lucide ⁊ copioſe multū ꝑ
tractabit ſi aure intenta ipſum audierimꝰ. M.
Quid rei inter vos agitat̄ optimi filij? an in=
troductionis nr̄e ptem aliquantā elaboꝛaſtis.
A. Teri primā declarationē grāmaticalē tran=
ſegimus: ⁊ ad ſcḋam logicalē iā acceſſimus in
quirētes ſigni gñalē diffinitionē: ſignoꝛūqꝫ va
rietates vt hinc elici poſſit clara diffinitio ſigni
logicalis poſiti in declaratione teri. in cuiꝰ per
tractationis inicio te doctoꝛē opoꝛtune recepi=
mus. Rē itaqꝫ nobis gratiſſimā ⁊ per neceſſa=
riā feceris ſi predictā ſignoꝝ duplicē declaratio
nem a p̄ncipio ſuſceperis. M. In re tā facili iu
dicio meo multū tpis abſumpſiſtis. nā intro=
ductiones abſolute ⁊ ſimplr̄ pueris tradēde ſūt
nō extēdendo materias q̄ inde oꝛiginē ſumere
pñt. A. Puer iſte optime preceptoꝛ vltra cōem

alioꝛum naturam perſpicaciſſimus eſt ⁊ mira
biles in his q̄ diximus excitat argucias: q̄bus
ſatiſfacere volens morā aliquātulā traxi. M.
Cū mediocrē artis grāmatice periciā habeat:
facile potuit circa grāmaticalē teri declaratio
neꝫ garrire: deiceps vt opinoꝛ ſilētioꝛ erit. Attē
dite ergo. ſignū cōiſſime ſolet ſic diffiniri: ꝙ eſt Alia diffi... ſigni
res potētie cognitiue aliq̄d vel aliq̄lit̄ repñtās.
ſed hoc modo q̄libꝫ res mūdi eēt ſignū. oīs eñ
res ſe ipſam ad minꝰ repñtat potētie cognitiue
q̄ eſt aīa vel intellectus. nō ſic autē vtunt̄ ſigno
auctoꝛes: alias oīs ſcīa eſſet de ſignis qḋ tñ ipſi
negant. opꝫ ergo ꝙ minꝰ cōiter vocemus ſignū
(cū Auguſtino i libꝛo ſcḋo de doctrina xp̄iana)
qḋ preter ſpēm quā ingerit ſenſibꝰ aliq̄d aliud
facit in cognitionē venire. q̄ diffinitio nihil ali
ud pretēdit ab illa quā ponit Quintilianꝰ in li
bꝛo. v. inſtitutionis oꝛatoꝛie. ſignū inq̄t eſt per
qḋ aliud itelligit̄ vt per ſanguinē cedes. nā ſūt
res q̄dā in mūdo per quarū ſenſationē ex ſuis
coꝛpoꝛeis ſpeciebus ⁊ figuris intellectus nr̄ eli
cit abſtrahitqꝫ alteriꝰ rei notitiā ⁊ tales res tan
tuꝫ dicunt̄ ſigna a doctoꝛibꝰ tū ph̄is tū etiā the
ologis diuidentibꝰ ſcias rerū ⁊ ſignoꝝ vt heri
diximꝰ ex Auguſtini primo libꝛo de doctrina
xp̄iana. Adhūc itaqꝫ ſenſuꝫ illa nr̄a diffinitio
ſigni poſita eſt in textu introductiōis. prout ni
falloꝛ tibi iā expoſuit ſocius adoleſcēs. P. Ex
poſuit ꝑfecto etiā ſuplens pticulā aliud q̄ in te
xtu nō apparet. ſed q̄re ibidē ponat̄ aduerbiuꝫ
aliq̄liter nō dum expreſſerat. M. Particula il
la ad icludēdū ſincathegoꝛeumata poſita eſt q̄
vt paulo inferius videbis nō ſignificāt res ali=
quas preter ſe ⁊ tñ iuſte ſigna dici pñt. Signuꝫ
ergo ſic acceptū apud ſapiētes p̄io diuidit̄ per
ſignū naturale ⁊ artificiale. Eſt vero ſignū na= Diuiſio p̄ma ſignoꝝ ꝑ nāle et artificiale
turale res q̄ ſtatiꝫ cū ꝓducta fuit ex natura ſua
hūit ſignificare aliud a ſe: ⁊ nō ex aliq̄ eiꝰ ipoſi
tiōe volūtaria poſt ſuā ꝓductionē. ⁊ tale ſignū
a ſolo ꝯditoꝛe nature hēt p̄ciſe ſuā ſignificatio=
nē de cōi curſu nāli. hoc mō dicimus fumū aut
cōbuſtionē eē ſignū ignis: ⁊ veſtigiū ſignū aīa
lis: ⁊ iridē in nubibꝰ ſignū ſerenitatis: halonē
ſignū pluuie: ⁊ cōſtellatiōes q̄ſdā celeſtes ſigna
zodiaci appellāt: ⁊ alia huiꝰ modi multa. Ecō
tra vero ſignū artificiale nō habet ex ſua prime
ua ꝓductione ꝙ ſignificet aliud a ſe: ſed potiꝰ ꝑ
liberā eiꝰ adaptationē poſtea factā ab hoīe vel
etiā adeo preter tñ cōeꝫ curſum nature. hoc mō
ſignificat circulus taberne ⁊ ſacramēta eccleſie
dei: voces humane: ⁊ bellica vexilla q̄ ſigna di
cunt̄ numeri ſcḋo cap̄. Signoꝝ aūt naturaliū Nāle ſignū triplex.
hāc dedit Thomas aq̄nates diſtinctionē. oīe
ſignū naturale vel eſt cauſa ſui ſignificati: vel
effectus eiꝰ: vel vtriuſqꝫ eoꝝ eſt eadē cauſa effe



ctiua. Primo modo ſtellarum celeſtium cōſtel
lationes: cōiūctiones ⁊ alij aſpectus ſunt ſigna
multaꝝ diſpoſitionū ⁊ varietatū aeris huiꝰ. pu
ta: caloꝛis: frigoꝛis: ſerenitatis: nubiū: vētoꝛū:
bone tēperiei: ⁊ peſtis: iuxta illud Geñ. p̄io de
luminaribꝰ ⁊ ſtellis: ſint i ſigna ⁊ tpa dies ⁊ an
nos: qḋ gloſa ibi exponit de varijs tpis muta=
tionibꝰ quo ad diſpoſitiōes aeris. Scḋo mō ve
ſtigiū eſt ſignū aīalis: fumus ⁊ cineres ſignum
ignis: ⁊ cruoꝛ ſignū occiſiōis: aut vulneratiōiſ:
⁊ ymago ſpeculi ſignū hoīs. Tertio modo iris
ſeu arcus celeſtis ē ſignū ſerenitatis vt dr̄ Geñ.
nono cap̄. halo ſignū pluuie aut ventoꝛū patet
in tertio libꝛo metheoꝛoꝝ: comete ⁊ alie iflama
tiones aeris ſunt ſigna peſtis. ⁊ phiſionomia fa
ciei vel manus hoīs eſt ſignū cuiuſdā natura=
lis inclinationis ⁊ innate paſſionis eiꝰ. eccleſia
ſtici. 19. ex viſu cognoſcit̄ vir ⁊ ab occurſu fa=
ciei cognoſcit̄ ſenſatus. ad hoc etiā allegāt illḋ
Job. 37. q̄ in manu oīum hoīum ſignat vt no=
uerint ſinguli opa ſua. ex quo dicto volūt habe
re licētiā ad iudicia chiromātie. ſed de hoc ali
as. Hec inquā tertio loco poſita ſigna nec ſunt
cauſe nec effectꝰ ſuoꝝ ſignatoꝝ: ſed vtraqꝫ eoꝝ
ſunt effectꝰ alicuiꝰ eiuſdē cauſe. oꝛdine tñ quo
dam. ſic ꝙ prioꝛ effectus eſt ſignū: ſequēs vero
eſt ſignatū. In exēplis eñ de iride halone ⁊ co
metis: cauſa tā ſigni q̄ꝫ ſignati eſt aliqua cōſtel
latio celeſtis q̄ prius ꝓducit ſignū vt halonem
quā ſignificatā pluuiā ⁊ ſic de alijs. Unde ta=
lia ſigna vocauit Ptholemeus ſcḋas ſtellas.
verbo. 13. cētilogij ſui dicēs. cū ſpherica vis ali
quid ꝓmiſerit: ſuper illud a ſcḋis ſtellarū teſti
moniū accipe. ſic exponit eū ibidē hali comēta
toꝛ eius. Sed de his naturalibꝰ ſignis ꝓ nunc
Artificiale ſignum duplex diuinū et humanum. ſatis erit dictū: qm̄ terius de quo intēdimꝰ nō
eſt ſignū naturale ſꝫ ad placitū inſtitutū. ¶ Si
gnum autē artificiale duplex inuenimꝰ. quod
daꝫ eſt diuinū adeoqꝫ inſtitutū: aliud eſt ſignū
humanū. Signa diuina ſunt legis dei ſacra=
mēta q̄ ſunt inuiſibilis grē viſibiles foꝛme repñ=
tatiue. Silr̄ figure veteris legi ferāt ſigna mi=
ſterioꝛū xp̄i ⁊ eccleſie xp̄iane. Itidē miracula
xp̄i: aplōꝛū: ⁊ ꝓphetarū ſigna vocant̄ diuina
tā in veteri quā in nouo teſtamēto. ſed nec iſta
diuina ſigna ſunt hic a nobis diffuſiꝰ ꝓſequen
da. dimittamus potiꝰ ea vſqꝫ ad theologicā fa
cultatē diuina ſacramēta tractantē. Signa hu
mana ſeu ab hoīe poſita etiā ſunt duplicia. q̄=
dā ſunt oꝛonalia: alia ſūt nō oꝛonalia. Nō oꝛo
nalia ſunt vt clangoꝛ tube: vexillū: circulus
Signum oꝛonale q̄d ſit. taberne ⁊ alia huiuſmodi vulgaria ſigna de q̄
bus nihil ad pñs. Oꝛonalia ſigna ſunt ipſe oꝛo
nes ⁊ earū ptes hoc eſt dictiōes vt hō: leo: q̄ ad
ꝓpoſitū nr̄m de teris optime faciūt. de his ergo

ſignis latius diſſeramus. Aduertēdū tñ ꝙ ſecu
rioꝛ modꝰ diuidēdi ſignū ⁊ liberioꝛ fuiſſet ſi ab
hac vltima ſignoꝝ diuiſione incepiſſemꝰ. ſic ꝙ
ſignū in cōi primo diuideret̄ per oꝛonale ⁊ nō
oꝛonale. ⁊ vtrūqꝫ mēbꝛoꝝ iterū diuideret̄ ꝑ na
turale ⁊ artificiale ⁊ cetera vt prius. nā illo mō
diuidēdo ſigna mētalia cōpꝛehēdiſſemus q̄ cū
ſint naturalia: etiā oꝛonalia ſigna eſſe cōſtat:
vt ſeptimo huius hebdomadis die adiſces. ſed
q̄a nōdū opus erat te his implicare q̄ difficul=
tatē hñt: cōſulto ſigna oꝛonalia ſic hodie tradi
mus ac ſi ſola vocalia ſigna eſſent oꝛonalia. ⁊
nihil refert ſi nūc ad ſolas voces ſignificatiuas
aduertas cū de ſignis oꝛonalibꝰ loq̄mur. A.
Uide mi Joannes ꝙ nō ſine cauſa tibi dixeriꝫ
magr̄m nr̄m opoꝛtune in principio diuiſiōis ſi
gnoꝛū nobis aduenisse. neſcio ſi ꝑcipis quā mi
ra ⁊ in audita de ſignoꝛum multiplicitate diſſer
uit ⁊ (qḋ ego pluris facio) oīa dicta ſua teſtimo
nijs tū ſacre ſcripture ⁊ eccleſiaſticoꝝ doctoꝛū:
tū etiā gentiliū philoſophoꝛū refferta cōpꝛoba=
uit. P. Sed nōdū vt opinoꝛ ad finē harū diui=
ſionū ꝑuenit: cū ea q̄ terio ſūt ꝓpꝛia adhuc nō
expreſſerit. M. Statim finis erit ſi me audieri
tis. P. Audiemꝰ libētiſſime. M. Signū itaqꝫ
oꝛonale (cū ad tres ſermociōales artes ſpectet) Signum oꝛonale triplex.
in tria primo diuidit̄ mēbꝛa. q̄ ſunt ſignū grā=
maticū: logicū: ⁊ rethoꝛicū. Hanc diuiſionē no
lo per diuerſas res ꝓcedere credatis (diximus
eñ has tres diſciplinas eſſe tres vias in idē ten
dētes hoc eſt in ſermonē quē hic ſignū oꝛonale
appellamꝰ) ſed per diuerſos modos eādē rē cō=
ſiderādi. vt ſit ſenſus diuiſiōis huiꝰ. ſignū oꝛo=
nale tripliciter cōſiderari pōt grāmatice: logi=
ce: ⁊ rethoꝛice: vt ſuperiꝰ iā late expoſuimꝰ: cui
libet predictarū artiū ſuas in ſermone aſſignā=
do ptes ſeu vices. Dimiſſis vero alijs duobus
mēbꝛis ꝓ nūc ſignū logicale (qḋ alias ſignū ꝓ
poſitionale dici ſolet) diuidit̄ per ſignū incōple
xum ⁊ cōplexū. incōplexū terim vocant: cōple= Signū logicale q̄ tuplex.
xum autē ꝓpōnem q̄ ex incōplexis cōſtituit̄.
Ecce hic eſt finis in diuiſione ſignoꝝ quātuꝫ ꝑ
tinet huic ꝓpoſito. Ex his itaqꝫ clara relinq̄tur
ſcḋa teri diffinitio. nā ſignū logicale ponit̄ vt ge
nus ꝓximū diffiniti: per qḋ cū alijs ſignis logi
calibꝰ terius dr̄ cōuenire. ſed incōplexū hēt lo=
cum dr̄ie cōtra ꝓpōnem. vt ſenſus diffinitiōis
ſit. ꝙ terius eſt ſignū oꝛonale cōſiderationis lo
gice: qḋ nō eſt ꝓpō vel ſignū cōplexū: ſed eſt ꝑs
cōſtitutiua eius. Et ſic patet eundē eſſe ſenſum
in his ỽbis: terius eſt ſignū logicale incōplexū:
⁊ in prioꝛibꝰ cū dicebat̄. terius eſt dictio aliquo
modo ſignificatiua. vel terius eſt pars ꝓpinq̄
oꝛonis. P. Aſpice: mi frater quē ſenſum preci=
pue intēdebat nr̄ preceptoꝛ in oꝛaciuncula illa

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

media de qua pcũtari fueramus obliti. tres igitur poterimus ibi diſtinguere teri diffinitiões. prime due ſunt grãmaticales p relatiuũ ſibi inuicẽ coherẽtes. tertia logicalis ẽ ab eis diſiunctiõe ſeparata. ſed in eis oib⁹ idẽ penit⁹ intelligimus vlʒ terminũ eſſe partẽ incõplexam orõnis logicalis. ſicut dictio eſt pars indiuidua orationis grammaticalis. A. Ea propter illa declaratio de parte orõnis optime locũ mediũ ſortita eſt q̃ſi vinciens duas extimas. nã ⁊ ad dictionẽ ⁊ ad terinũ (vt aiebã) cõuerti põt. M. Jã vero p iſtorũ ſignorũ cõplemẽto de ſignificare aliq̃d inſeramus oportet. cui⁹ etiã integrã determinationẽ in calce hui⁹ introductiõis die ſeptimo reperietis.

Significare quid ſit. Significare aũt põt ſic dſcribi. q̄ eſt potentie cognitiue aliq̃d aut aliq̃liter repñtare. Eſt aũt potẽtia cognitiua q̃libet res potẽs cognoſcere vel forma ſubſtãtialis ei⁹. primo modo deus eſt potẽtia cognitiua: ⁊ ois creatura ſpiritualis q̃ dr̃ intelligẽtia. Scdo mõ potẽtia cognitiua ẽ aĩa hois rõnalis: ⁊ ſilr aĩa ſenſitiua bruti. Repreſentare vero eſt rem aliquã preſentare ⁊ quaſi p̃ſentẽ facere cognoſcenti: ſcʒ quantũ ad ſuã ſilitudinẽ impreſſam potẽtie ab obiecto. Notificare aũt eſt aliq̃d notũ facere qd̃ eſt rei noticiam cauſare in potẽtia cognitiua. Erit ergo ſignificare potẽtie cognitiue notificare aliq̃d aut aliq̃liter: qd̃ ꝓpter ſincategoreumata dr̃: ſicut aliq̃d ꝓpter cathegoreumata.

Addit̃ vero in textu introductionis repreſentare natũ eſt: q2 in diffinitionib⁹ v̄ba nõ actum

Argumẽtum. ſed aptitudinẽ debẽt iportare. P. Dari poſſent ſigna aliqua q̃ nec aliq̃d nec aliqualiter ſignificant vt numerus: gens: exercitus ⁊ ſilia noia collectiua. A. Ecce q̃uo eſt a natura argumentatiu⁹ puer iſte.

Solutio prima. M. Tuus ille primus p̃ceptor in logica (quẽ dicebas heri) reſpõdiſſet vt oppinor q̄ vnũ quodq̃ taliũ noim aliquid ⁊ nõ aliqua ſignificet. q2 vt aiunt oẽ nomẽ vnum ſignificat vnũ. dicit̃ em̃. 4. methaphiſice q̄ non vnũ ſignificare nihil eſt ſignificare. P. Et q̃d eſt illud vnũ in exercitu ſcdm eos? M. Ordo bellãtium. quẽ ordinẽ ipſi dicunt eſſe vnã formã in multis hoib⁹.

Reprobatio eius. Sed dimiſſa hac phãtaſia tu tene q̄ nomẽ collectiuũ ⁊ etiã terin⁹ vlis plures res ⁊ nõ tm̃ vnã ſignificat. nec Ariſtoteles opoſitũ diceret: q̃ vbi ſupra loquit̃ potius de ratiõe ſignificãdi quã de re ſignificata.

Alia ſolutio verior. Legiſti inſup parũ infra i hac introductione q̄ in locutiõib⁹ ſciẽtialib⁹ ⁊ v̄ba abſoluunt̃ a tp̃e ⁊ noia a gñe ⁊ numero: itaq̃ nomẽ ſingulare ſtet idifferẽter p ſingulari ⁊ ꝑlurali ⁊ ecõtra. vnde aliq̃d in nr̃a diffinitiõe equalet huic diſiũcto aliq̃d vl' aliq̃. nullũ ergo eſt ſignũ q̃n ſignificet aliq̃d aut aliq̃liter vt pretẽdit nr̃a diffinitio.

Significare duplex. Significare vero dupliciter cõtingit: ſcʒ effectiue ⁊ formaliter. Effectiue ſignificat qd̃ rei noticiam aliquo mõ cauſat in potẽtia cognitiua. Formaliter autẽ nichil ſignificat niſi ipſamet rei noticia informãs potẽtiã. que a quibuſdã dr̃ etiã vitalis immutacio: q2 p illã potentia immutat̃ ad operationẽ vitalẽ (cuius modi eſt cognoſcere) exercẽdam. Unde ſcdm eos vitaliter immutare in re nil aliud eſt quã formaliter ſignificaret q2 vitalis immutatio eſt ipſa formalis noticia inherens potẽtie. de qua ſermo grãdis nobis reſtat ad finẽ huius introductionis die ſeptimo. Effectiue ſignificare diuidit̃ ſicut cauſa efficiens in principalẽ ⁊ inſtrumentalẽ. q̃ diſtinctio lʒ in multis locũ habeat ſignis: tñ in ſignificatione terminorũ ſic declarat̃. nã homo loquens aut ſcribẽs aliq̃d ſignificat effectiue p̃ncipaliter q2 eſt agens p̃ncipale in tali ſignificatione: ſʒ eius vox aut ſcriptura ſignificat inſtrumentaliter. eſt eni inſtrumentũ quo vtit̃ hõ ſignificans aliq̃d alteri: vt dr̃ tertio de aĩa ad finẽ. A. Ex his tuis dictis elucеſcunt nobis multa:

Contra rii tria. Primum. p̃mo q̄ terminus vocalis aut ſcriptus eſt ſignũ nõ naturale ſed arficiale ⁊ orõnale logicũ incõplexum ſignicãs inſtrumẽtalr̃ aliq̃d aut aliq̃liter potẽtie cognitiue. req̃ritur tñ ad hoc q̄ talis terminus poſſit ſignificare q̄ ſit iã nota ei⁹ impoſitio ad placitũ facta.

Scdm. Uñ ſeq̃tur ſcdo q̄ nunq̃ terminus ad placitũ ſignificãs poteſt cauſare primariã noticiã de re. ſed ſolum cauſat rememoratiuã noticiã eius qd̃ ſignificat: p̃ſuponit̃ eni primaria noticia cauſata in mẽte ab obiecto ſine huiuſmodi inſtrumẽtis.

Tertium. Tertio aparẽt multe diffinitiones teri ⁊ ſigni ab aliis date rep̃henſibiles multiplr̃. et ex multis vnũ ꝓferã exẽpluʒ que eſt diffinitio teri quã dedit ſolenniſſimus

Contra cardi[nalem]. cardinalis dñs petrus aliacẽſis: terinus inq̃t ẽ ſignum qd̃ ex impoſitiõe quã actu hʒ vel ex natura ſua potentie cõgnitiue eã vitaliter immutãdo aliq̃d aut aliq̃ vel aliqualiter natum eſt ſignificare. hec inquã diffinitio p̃mo eſt nimis p lixa: q2 diffinit terim p diffinitionẽ ſigni. Scdo eſt ſupflua: q2 ponit quedam ſine neceſſitate vʒ ex impoſitione vel ex natura ſua ⁊ qd̃ ſeq̃tur eã vitaliter immutãdo. itẽ qd̃ ſubdit̃ aliquid vel aliq̃ vel aliq̃lit̃. tertio eſt obſcura q2 ponit multa vocabula difficilia pueris incipiẽtib⁹ audire logicã. vt ſunt vitalis imutatio ⁊ potẽtia cognitiua q̃ vix poſſunt declarari: niſi multũ iam exercitatis in logica ⁊ phia. diffinitiones enim (vt docet Ariſtoteles i ſuoꝝ thopioꝝ lib. ſexto) debẽt eſſe clare breues: ⁊ ſuccinẽte quãtum poſſibile fuerit iuxta materiã ſubiectã. M. Tales ꝑfecto taliũ auctoꝝ diffinitiones ꝑlixe ⁊ p vocabula ſic exq̃ſita nouellis logice tirunculis caput obtũdũt: ingeniũ ebetãt: et memoriã cõfundũt. At ecõtra ois diffinitio ſuccincta breuis et venuſta oblectat audiẽtes: ⁊ facile docibilis apparet p̃mo aſpectu: quãtũcũq̃ poſt eam ſequat̃ prolixior declaratio. A. Propterea g̊ has tuas diffinitiones ⁊ introductiones pre multis alijs logicalib⁹ q̃s parriſiorũ ededit achademia cõmẽdandas iudicaueri: q̃m oĩa notatu digniora q̃ alij de ſignis: teris: et cõceptib⁹: de p̄dicatiõibus: p̄dicabilib⁹: et p̄dicamentis: de diffinitiõibus: ⁊ diuiſionib⁹: varijs ⁊ ꝑlixis docuere tractatib⁹: hic mira breuitate text⁹: et cõib⁹ ſapiẽtũ vocabulis: ac diuino quodã artificio pſtricta ſunt. M. Debemus nihilominus eis oib⁹ laudes et gr̃as multas. q̃m ex illo ſacratiſſimo fonte q̃cq̃d deguſtauimus emanauit. Jã vero hodie pauſandũ vobis erit filioli: vt vel ea q̃ interdiu accepiſtis: noctu apud vos remaſticare valeatis. ſua nãq̃ digeſtio ſcientijs nõ minus eſt neceſſaria quam cibis.

¶ Dies tertius de cathegoreumatibus ⁊ sincathegoreumatib⁹ q̃ſi ſegregãs ſteriles aquas: vt appereat fecũda ⁊ germinãs terre noſtre facies.

## REgrede ſunt vobis

filij iam (q̃n ſopore ſatis reffecti eſtis) introductiõis vr̃e diuiſiones: quib⁹ vel maxie in matutino crepuſculo inſudãdũ cẽſeo.

Studium matutinũ laudatur. Cõſulit eni Ariſto. in echonomicis quẽlibet ſũmo diluculo ſurgẽ: q̃m et ad ſanitatẽ: ⁊ ad rei familiaris vtilitatẽ: ⁊ ad phie ſtudiũ ꝓdeſt quãplrimũ. cui hec ſufragat̃ medicoꝝ ratio: q̃m ſicut vigilia ⁊ cõtinu⁹ labor ſpũs ſenſitiuos reſoluũt ⁊ extenuãt: ſic iteꝝ q̃es et ſomnus moderat⁹ eos reſtaurãt. his g̊ refecti ſẽſus tũ ex̃iores tũ iteriores meli⁹ itellectui cõtẽplãti ſubſeruiũt excluſis iã a cerebro fumoſis nebulis. Expletis itaq̃ et abſolutis eſterna lectione teri diffinitiõib⁹ aperte ſig̃antib⁹ q̃ res ẽ terius: opus eſt vt etiã ſequẽtib⁹ diuiſionibus teriorũ varietates: multipliceſq̃ forme explicẽt̃ in reſiduis q̃nq̃ hui⁹ hebdomade dieb⁹. ita q̄ dies q̃libet duas ex decẽ p̃ncipalibus ſibi aſſumat diuiſiões.

Applicatio diei tertij. Earũ aũt p̃ma de teris ſincathegoreũaticis iſtãti diei martis hebdomadis tertio (i quo terra ab aq̃s maris ſterilib⁹ ſepata ⁊ diſcoopta deſcribit̃ vt ꝓferret herbã vrentẽ ⁊ afferẽtem ſemẽ lignũq̃ faciẽs fructũ iuxta genus ſuũ) optie accõmodat̃. nã teri ſincathegoreũatici nihil ſig̃antes q̃ſi ſteriles aq̃ p̃ria diuiſiõe fuerunt ſeparãdi ab alijs cathegoreũaticis: quorũ multiplicitas i alijs diuiſiõib⁹ q̃ſi t̃ra feraciſſima apparẽs ꝓducat nobis virẽtes herbas abſolutorũ ⁊ cognotatiuorũ cet̃arũq̃ varietatũ terminoꝝ: i q̃b⁹ ſũt radices ⁊ ſemia fere oĩʒ regl'aꝝ logices. vñ ẽt colligere poteritis ſolidã quãdã ⁊ ſecurã doctrinã q̃ſi lignũ faciẽs fructũ oĩʒ bonarũ diſciplinaꝝ iuxta gen⁹ ſuũ. Nã ex hac itroductiõe oĩʒ aliaꝝ ſciaꝝ cognitio vobis p̃parat̃. Mars itẽ cui dies hec tertia dicata ẽ: vim gñatiuã hẽre dr̃: roburq̃ belli ei⁹ gubernatiõi aſcribitur: qd̃ p vexilla ⁊ alia ſigna plurimũ dirigi hʒ. ſicut ẽt logice artificiũ i teris cathego. p̃ncipalr̃ cõſiſtẽs p ſincathegoreũatica ſigna multũ cõducit̃. Jnuocata g̊ p̃us diña illuſtratiõe ablutiſq̃ vr̃is ⁊ facieb⁹ ⁊ manib⁹: duab⁹ p̃mis iſtãter hodie vacate diuiſiõib⁹ p̃ncipalib⁹ itelligẽdis. A. Ergo mi iohes textũ p̃me diuiſiõis magiſtrale ſequẽs p̃ceptũ ſtati agredẽ.

Pria diuiſio teriorũ in textu. P. Teriorũ inq̃t aliq̃s ẽ cathegoreũatic⁹ ⁊ ali⁹ ſincathegoreũatic⁹ id eſt ſig̃atiu⁹ et cõſig̃atiuus. A. Cathegoreũa grece ſig̃atio ẽ latine: vñ ſincathegoreũa cõſig̃atio iterp̃tabit̃ a ſin qd̃ ẽ con: Et dr̃ ꝯſig̃atio q̃ſi iũcta cũ alijs vel ſiltane a ſig̃atio. ſed hoc ſtati plenĩ⁹ explicabit̃. Quare aũt iſte decẽ q̃s icepim⁹ vocent̃ diuiſiões: caꝝ octaua abũde ſatis apperiet.

Declaratio eius. tu vero mõ nomẽ diuiſiõis accipe cõfuſe p diſiũcta locutiõe. Et ſenſũ p̃me diuiſiõis ſic exp̃mere potis. q̄ ois terius mũdi vel ẽ ſig̃atiu⁹ vel cõſig̃atiuus: nec dabit̃ aliq̃s terius medi⁹ p abnegationẽ vtriuſq̃ mẽbri p̄dicti.

Argumẽtum. Licet nõnulli ponãt terios quoſdã mixtos pti cathegoreũaticos ⁊ pti ſincathegoreũaticos: vt ſunt oẽ: aliq̃d: nihil: ⁊ alij huiuſmõi:

Solutio. ſʒ ex quo tales teri p ſe ſũt ſig̃atiui: pp eos (lʒ includãt ſincathegoreũata) nõ infringit̃ nr̃a diuiſio. ꝓcede g̊ ad ei⁹ explicationẽ q̃ in textu ſeq̃tur.

Cathegoreumatic⁹ terius diſtinguit̃. P. Cathegoreũatic⁹ dr̃ aliq̃s terinus duplr̃. p̃io quo ad ſig̃ationẽ: ⁊ ſic cathegoreũatic⁹ terius ẽ q̃ aliq̃d aut aliq̃ nat⁹ ẽ ſig̃are: vt hõ. Et p oppoſitũ terius ſincathego. ẽ q̃ ſolũ ſig̃at aliq̃lit̃: vt ois. d̃ quo ſigno dicit Ariſtoteles ⁊ cet̃a. A. Dicũt cõiter logici q̄ ſig̃are ẽ in plus quã ſupponẽ. nã terius vbiq̃ ſig̃at hoc ẽ ſiue ſit in ꝓpõne ſiue ſeorſũ extra ꝓpõnẽ. ſed nõ ſupponit niſi i ꝓpõne alteri alligat⁹. hoc tu mõ ita crede alias ſcitur⁹. hinc g̊ locũ habuit hui⁹ vocabuli cathegoreũatic⁹ i duo ſig̃ata ptitio. nã terius ſolitarie exñs nec ꝓpõnẽ cõſtituẽs cognoſcit̃ eẽ cathegoreũatic⁹ vel ſincathegoreũaticus ex ſig̃ato ſuo: vt text⁹ quẽ legiſti declarat: Sʒ cũ terius i ꝓpõne fuerit eã ptialit̃ cõſtruẽs: diſiudicat̃ eẽ cathegoreũatic⁹ vel ſincathegoreũatic⁹ ex officio. vt explicat lr̃a ſequẽs. ſcʒ cathegoreumaticus terinus ſcdo dicitur: ⁊ cetera que ſequuntur. Uult ergo auctor nr̃ in hac prime diuiſionis ſua declaratione dicere: q̄ terminus aliquis cathegoreumaticus id eſt ſignificatiuus duplr̃ cognoſcetur. extra propoſitionẽ quidẽ et q̃n ſeorſum accipit̃: vt ſi aliquã rẽ aut res ſignificauerit: vt hõ: populus. in ꝓpõne ve-

ro ⁊ alteri adiūctus: ſi officiū aliqđ grāmatica=
le habeat: hoc eſt ſi terminus exiſtēs nomen fuerit
verbi pſonalis modi finiti ſuppoſitū: cognoſcit
in ordine ad aliū eē terminus cathegoreūaticus.
vt hō legit. ⁊ ſi talis terminus fuerit v̄bū: aſpicie=
mus ſi ſit appoſitū nois ſubſtātiui vel adiectiui
ſubſtātiuati in caſu nřō (q̄ rectus dr̄) poſiti: qm̄
tūc etiā dicet terminus cathegoreumaticus in or=
dine ad aliū vt pȝ in eodē exēplo. Alie autē par
tes orōnis nunꝙ̄ i ꝓpōne habēt hec officia: nec
dicunt teri cathegoreumatici ſcđo mō: niſi po=
nant loco nois aut v̄bi. vt pȝ de ꝓnoie ⁊ parti=
cipio. tūc eni dicerent quaſi noia ſubſtātiuata
que alias ꝓ adiectiuis noibꝰ reputarentur. vt
ego lego: et legēs mouet. partes v̄o indeclina=
biles nunꝙ̄ ſunt teri cathegoreūatici officio ni
ſi qm̄ materialiter ponunt. Eodē mō vult circa
declarationē teri ſincathegoreūatici ꝙ cognoſci
tur dupli͛. p̄mo ſi ſeorſum appareat ⁊ nullā rem
ſignificet. vt aliq̄s: ois: et: ad. qđ pȝ auctoritate
Ariſto. p̄mo lib. pihermenias dicētis ꝙ hec di=
ctio oīe qm̄ nō ſubſtātiuat nō eſt vle (de quo in
fra dicemus ꝙ dȝ eē terminus cathegoreūaticus) ſȝ
ſiḡat qm̄ vlr: ſuple tenet terminus cathegoreuma=
ticus cui adiungibilis eſt: vt ois hō: omne aial.
Scđo ſi in ꝓpōne poſitus nullū dictoꝝ officioꝝ
grāmaticaliū habuerit: vt diximus đ quattuor
partibꝰ indeclinabilibꝰ. etiā oia noia adiecti=
ua qm̄ nō ſubſtātiue accipiunt: vt hō albꝰ cur=
rit: ſilr ꝓnoia ⁊ participia non ſubſtātiuata: vt
ego fernandus lego: et iohānes legēs mouet. in
q̄bus exēplis iſti teri: albꝰ: ego: legēs: ſūt termi=
ni cōſignificatiui. i. nō ꝑ ſe habētes offm̄ ſȝ adiū
cti ſuppoſitis illarū orōnū tanꝙ̄ eorū determi=
natiōes. P. De iſtis noibꝰ adiectiuis: ꝓnoibꝰ
et participijs qm̄ ſubſtātiuant ⁊ qm̄ tenent pure
adiectiue: ꝓnoialiter aut participialiter: nō ali
ter (vt opinor) quā ſicut ex arte grāmatica didi=
ſcimus eſt ſentiendū. A. Neutiꝙ̄: ſed dicimus
ꝙ ſi tale adiectiuū: nomē vel ꝓnomē: aut parti
cipiū appareat i orōne ſine expreſſo ſubſtātiuo
noie qđ determinet: tūc ſubſtātiuat habetꝗ of=
ficiū ſuppoſiti in orōne ⁊ eſt terminus cathegoreu=
maticus. ſi vero ſuum ibi exprimeret ſubſtāti=
uum: remanet terminus ſincathegoreūaticus ſcđo
modo. P. In maſculina ḡ terminatione aut fe
minina adiectiuum ſubſtātiuari ꝯcedes eque
atꝗ in neutra. A. Dubitarūt multi de hoc: ſed
mihi ita cōcedendū videt. et quidē de partici=
pio hoc expreſſe ponit tuus nebriſſenſis libro. 3.
ſuarū introductionū in capite octauo. vide cō=
mētariū eiꝰ ſup genera pticipioꝝ quot ſūt? In
ſup ex dictis elicit manifeſte ꝙ noia ſubſtātiua
obliquorū caſuū oia ſunt ſcđo mō ſincathego=
reumata: q꜃ nullū duorū officiorū q̄ dicta ſunt

Sincathegoreūaticꝰ duplr dr̄.

Adiectiuū qm̄ ſubſtātiuatur.

Soluitur dubium.

exercere valēt in orōne: vt hois: hoiem: hoie. P.
Satis hoc cōſtat ꝑ p̄miſſa. vn̄ etiā colligo ꝙ ter
minus cathegoreūaticꝰ eſt q̄ rē aliquā ſiḡat: vl
qui ſuppoſitū aut appoſitū in orōne de v̄bo pſo
nali ⁊ modo finito eē cognoſcit. Sed terminus cui
nihil p̄dictorū cōuenit: ſincathegoreumaticꝰ eē
dicit. A. Et ſi ꝑmiſcere velis has varietates: rep
peries cathegoreūaticorū teriorū formas tres:
totidēꝗ ſincathegoreumaticorū. Eſt eni aliq̄s
terminus cathegoreumaticus ſiḡatione tm̄. alius
officio tantū: ⁊ alius ſiḡatione ⁊ officio ſimul.
Silr inuenit terminus ſincathegoreumaticus ſi=
gnificatiōe ſolū. alius officio ſolū: et alius offi=
cio ⁊ ſiḡatione ſimul: ⁊ hec tria alijs tribꝰ oppo
nunt ſigillatim ꝯparādo: p̄mū p̄mo: ſcđm ſcđo:
tertiū tertio. ſic ꝙ nullū cathegoreuma ſiḡatiōe
eſſe pōt ſincathegoreuma ſiḡatione. et nullū ca
thegoreuma officio ē ſincathegoreuma officio.
nullū etiā cathegoreuma ſiḡatione ⁊ officio eſt
ſincathegoreuma aliquo illorū modorū. cū hec
mēbra ꝑ affirmationē ⁊ negationē differāt: q̄ nō
poſſunt ſimul eidē cōuenire. Si vero fieret ꝯpa
ratio nō ſigillatim: ſȝ ꝑmutatim: ſcȝ refferendo
primū vnius trinitatis ſcđo alteriꝰ: ⁊ ecōuerſo:
cōincidere poſſūt ac idē ſiḡare. nā cathegoreūa
ſiḡatione qnꝗ eſt ſincathegoreuma officio. vt
adiectiuū nō ſubſtantiuatū: ⁊ caſus obliquus
ſubſtātiui nois: et aduerbia loci ⁊ tpis ⁊ multa
huiuſmōi. Itē cathegoreuma officio pōt eē ſin=
cathegoreuma ſiḡatione. vt v̄bū ſubſtātiuum
qđ eſt appoſitū nois ſubſtantiui. et de ipſo dicit
Ariſto. p̄mo pihermenias ꝙ hoc v̄bū eſt nihil
ſiḡat. vt ſtati allegabit i textu. P. Dabis de hoc
ſcđo aliud exēplū? A. Nullū aliud repperit. q꜃ i
poſſibile ē aliqđ nomē hēre offm̄ ſuppoſiti niſi a
liq̄d ſignificet. v̄ba etiā adiectiua oia cathego=
reūatica ſūt ſiḡatiōe: vel vt alij dicūt mixta ſūt:
q꜃ vltra ſiḡationē v̄bi ſubſtātiui qđ includunt:
addunt aliq̄d ſiḡando. vt audio: lego: ḡ vtroꝗ
mō cathegoreūatica ſūt. nā offm̄ ſibi vēdicāt in
orōne ꝓpt inclusionē v̄bi ſubſtātiui: qđ ē aut ſo
lū aut p̄ncipaliſſimū appoſitū. Sincathegoreu
mata v̄o tertij modi nullo alioꝝ modorū pñt eē
cathegoreūata: cuiuſmōi ſūt multa noia adie=
ctiua: oēs ꝯiūctiōes: p̄pōnes oēs: aduerbia plia
⁊ ꝓnoia nō ſubſtātiuata ſed pure ꝓnoialiter ca
pta. P. De pticipijs ḡ idē iudiciū facis quo ad
ſiḡationē ⁊ officiū ſicut ⁊ de noibꝰ adiectiuis. ſe
cus aūt de ꝓnoibꝰ. A. Ita expoſcit eorum mo=
dus ſiḡandi. Sȝ in ꝓnoibꝰ diſtinctiōe opus ē.
qm̄ ea oia q̄ diximus de ꝓnoibꝰ: i ſolis p̄mitis
vera ſūt. ſȝ ꝓnoia deriuatiua ſiḡatiōe cathego
reūatica ſūt. vn̄ noibꝰ adiectiuis ⁊ pticipijs an
numerari dñt. P. Cur tā varie đ ꝓnoibꝰ p̄miti
uis ⁊ đriuatis cēſes? A. Q꜃ p̄mitiua ꝓnoia nō

Tres ... me ca... gorem... ticorū ... cathego... reuma... rum.

Dubiū circa p̄dicta.



ſubſtātiuata ſȝ ſubſtātiuis noibꝰ adiuncta: vt
ego fernādꝰ: tu iohānes: ille petrꝰ: ſolū determi
nāt ea demōſtratiue aut relatiue ad certas pſo
nas. qđ nō eſt aliq̄d ſignificare ſȝ aliqualr. De=
riuatiua vero ꝓnoia quādoꝗ poſſeſſorē et nō=
nūꝙ̄ rē poſſeſſā ȝ etiā nō ſubſtātiuata ſiḡant. vt
ſi dicā hoc ē meū: vl tuus liber ē bonus. P. De
hoc ſignificare aliq̄liter nōdū ſatis explicitā cō
cepi noticiā: ſed expectandus eſt mihi p̄ceptor
noſter q̄ heſterno colloq̄o id policitꝰ ē ſe fore expo
ſiturū. mō ſatis eſt qđ ex dictis tuis de eo acce=
pi cōfuſe. Sȝ ante quā ad ſequētia v̄ba textus
procedas: vnus mihi circa illas ꝑmixtas ꝯpa=
rationes cathegoreūatū et ſincathegoreumatū
ſcrupulus incidit: de eo qđ dixeris nullū cathe
goreuma ſiḡatiōe poſſe dici ſincathegoreuma
ſiḡatiōe ⁊ ecōuerſo. qm̄ ille terminus ois vel oīe q̄
mō nihil ſiḡat: ſȝ ſolū aliq̄liter: pōt iponi ad ſi=
gnificādū celū. et ſic pōt eē cathegoreumaticus
ſiḡatiōe: q꜃ aliq̄d aut aliq̄ natus ē ſiḡare vt pȝ
ex diffinitiōe. Silē dubiū ſupra ꝯpreſſi circa dif
finitionē teri ⁊ ſigni. qm̄ ois dictio oiſꝗ vox vi
debat eē terminus. cū ois vox nō ſiḡatiua poſſit
ad ſignificādū aliq̄d aut aliq̄liter iponi. ois ḡ di
ctio aut vocabulū aliquō mō ſiḡare natum eſt.
vn̄ oē tale eſt ſignū ꝓpōnale incōplexū ⁊ ꝑ ꝯñs
terminus. A. Utrūꝗ argumentū vnica ſoluit di
ſtinctiōe. Cū eñ natū ſiḡare idē ſit qđ potēs ſi=
gnificare. Duplex eſt potētia alicuiꝰ vocis ad
ſignificādū vna remota altera ꝓpinqua. potē=
tia remota ē qua vox pōt iponi ⁊ ſic pōt ſignifi=
re. et de illa ꝯcludūt tua argumenta: ſed nō lo=
quit de ea nr̄ textus. Potētia ꝓpinq̄ ē illa qua
terminus ipoſitus ſed nō actualr̄ ſiḡans pōt actu
ſiḡare. hanc potentiā hn̄t dictiōes ſcripte quas
nemo legit: et voces dormientiū quas nullꝰ au
dit. De iſta ḡ intēdebat auctor nr̄ in ſuis diffi=
nionibꝰ cū dixit natū aut natꝰ ſiḡare: ſm̄ quā
potētiā nullū cathegoreuma ſiḡatione pōt eſſe
ſincathegoreuma ſignificatiōe neque ecōtra: ſcȝ
ex ipoſitione quā mō habet. Uerū eſt tm̄ ꝙ ple=
riꝗ logici noluerunt terim dicē niſi eum q̄ actu
ſiḡat. vnde in libris clauſis nullū eſſe terim ꝯce
dūt. et ꝑ ꝯñs nec verā ꝓpōnem plus quā in tuo
pede: et hinc nō formidāt aſſerē ꝙ i biblia ſigna
ta ⁊ cooperta nulla ē v̄itas. P. Iuramēta ḡ que
fiunt a criſticholis ſup librū euāgeliorū clauſū
nullius eſſent valoris. cū talia iuramēta initā
tur veritatibꝰ ibidē cōtentis q̄ ſcđm iſtos nulle
ſunt. A. Cōſequit neceſſario ex eorū dictis. niſi
euadāt dicētes ꝙ iuramēta talia nō ſupponūt
niſi veritates ibi cōtētas potētialr. P. Melius
ergo ⁊ ſecurius dicēdū ē ꝙ v̄ba in diffinitiōibꝰ
importāt aptitudinē et nō actū. vnde cū terminus
diffiniat eē dictio q̄ aliquo modo ſiḡat: eſt in=

Dubiū circa p̄dicta.

Solutio.

Duplex potētia termini ad ſignificādum.

Opinio extranea.

telligēdū in potentia ꝓpinqua: A. Hāc opinio
nē expreſſā volunt habere noſter auctor qui in
ſuis diffinitiōibꝰ poſuit vocabula potētie et nō
actus. ſ. ſiḡatiua ⁊ natū ſignificare. P. Iſte mo
dus dicēdi etiā mihi eo gratior eſt quo ſecurior
et liberior. ille vero alter tam periculoſus atꝗ
ſcandaloſus modus (vt ſuſpicor) ex ignorantia
huius regule logicalis de v̄bis in diffinitiōibꝰ
poſitis accidit ſuis auctoribꝰ: cū vocabula actꝰ
prope ſemꝑ in diffinitionibꝰ apponāt. A. Imo
quidā ex maximis logicis hāc defendūt fanta
ſiam. q̄ illud ꝯñs illatū de biblia nō reputāt ſcā
daloſum doctis viris. ⁊ ſi indoctis nouū inſol
tum horrendūꝗ videat: quos vt cecos iudices
ſpernūt. Habēt enim fundamētū i quadā alia
regula logicali ꝙ in teris cognotatiuis deficien
te cognotatione deficit ſuppoſitio: maxime vbi
denoiatio extrinſeca eſt. nā vt aiunt ſi ſcientia
aut virtꝰ moralis ⁊ theologica: q̄ eſt in mēte ali
cuius hois: diuino miraculo ſepararet ab eo et re
maneret ſine ſubiecto: nō amplius eēt ſcientia
aut iuſticia: aut charitas: q꜃ ſciētia ē qualitas
qua q̄s rem aliquā ſcit: et charitas ē diſpoſitio
qua aliq̄s ē deo charus ⁊ ſic đ alijs. In caſu aūt
poſito nemo ꝑ tales q̄litates ſciret: iuſtificaret:
vel deo charus eſſet: ḡ dicūt ꝙ ibi nulla eēt ſcia
iuſticia aut charitas. vn̄ etiā dicūt ꝙ ſpēs q̄ ap
parēt in ſacramēto eucharīſtie nō ſunt accidē=
tia panis et vini: q꜃ nulli ſubiecto accidūt. P.
Horreſco has ſubtilitates audire: malo enim
adduci in talibꝰ rudis et incōſuetus ꝑ cōia lo=
quētiū vocabula edoceri. ſed applica iſtorū fan
taſiam ad ꝓpoſitum de teris in quo ſumus. A.
Tace ḡ ⁊ audi. Et q꜃ terminus eſt nomē cognota=
tiuū denoiatione extrinſeca (dr̄ eñ terminus ſignū
quo iſtrumētaliter hō aprehēdit aliq̄d aliud vt
pȝ ex dictis) cōcludūt ꝙ vbi deficit talis ꝯdicio
nō ā pliꝰ eſt ibi terminus: vt de ſcia ſepata dicebat.
P. Relinq̄mus imaginatiōes iſtas q̄ capaci=
tatē meā excedūt. et ad ꝓpoſitū doctrine nr̄i p̄ce
ptoris cōuertamur. A. Curioſe tue q̄ſtiones ex
viuacitate igenij ſuborte me lōge a ꝓpoſito di=
uerterūt. P. Cui obſecro grāmaticali diuiſiōi
hec p̄ria terioꝝ diuiſio cōꝑabit: quo mihi itel=
ligibilior fiat ex p̄cognitis. A. Ei q̄ de ptibꝰ orō
nis declinabilibꝰ ⁊ idecliābilibꝰ ponebat: ana
logiā ⁊ ꝓportiōe ȝ hȝ ſatis bonā. qđ ei grāmaticꝰ
dictionē declinabilem appellat: ſilē eſt termino
cathegoreumatico apud logicū. ⁊ ecōuerſo ſibi
correſpōdēt dictio indeclinabilis ⁊ terminus ſin=
cathegoreumaticus. ⁊ ſicut illa eſt p̄ma diuiſio
dictionis aut partis orōnis: ſic iſta eſt p̄ma teri
particio. Nūc ergo ad textū ſequētē pge: ne p̄=
ceptor rediens nos vt heri de ꝓlixa mora in re=
bus facillimis arguat. P. In ꝓpoſito inq̄t de

Fundamētum eius.

Proportio grammaticalis.

Textus.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

prima acceptione cathegoreumatici ⁊ ſincathe
goreumatici p̄cipue intēdēdū eſt. A. Quod eſt
propoſitū huius introductionis? P. Id titul⁹
capitalis explicat. ſ. in p̄mā partē logices intro
ductio deſeruiens p̄cognitioni q̄d eſt qd̄ dr̄ per
noia p̄cipua i ea poſita. A. Nō ergo mirū facit
ad hoc ꝓpoſitū ex tēſius inq̄rere d̄ officijs termi
norū in ꝓpoſitionib⁹: q̄rū cōſideratio ſcd̄am oc
cupat logice partē. Prima vero (vt ſepius tactū
eſt) de terioꝝ cōditionib⁹ varietatib⁹: de ordi
natione ⁊ cōparatione illoꝝ adinuicē cōtēplaꝛ.
que oia ex ꝓprijs eoꝝ ſignificationib⁹ cogno
ſci habent. ꝓpterea igiꝛ in ꝓpoſito harū intro
ductionū precipue intendendū eſt de ſincathe
goreumatico ⁊ cathegoreumatico terio ex par
te ſignificationis: ſicut de alijs ſequētibus ter
minorum varijs ꝓprietatib⁹. Quod vero ibi
ſubdiꝛ de terioꝝ ſincathegoreumaticoꝝ pluri
mis differētijs: ad maiorē declarationē teri ſin
cathegoreumatici facit. declaraꝛ eni vocabulū
aliqd̄ generale cōfuſum nō ſolū diffinitione ſed
etiā diuiſione: nā inferiora ei⁹ ſuā ſignificatio
nē particulariter exprimūt. Hec itaq̧ tā multi
plex ſincathegoreumatum ſubdiuiſio exēplis
aptis ſufficienter declarabiꝛ. Cum eni dico: hō
eſt aial: illud verbū eſt (vt ſupra dicebaꝛ) ē ter
minus ſincathegoreūaticus ſignificatione. P.
Clariſſimū eſt enim ꝙ per tale vocabulū ſeor
ſum auditū nullā rē hui⁹ mundi intelligimus
A. Si tñ hoc verbum ē in alio v̄bo includaꝛ vl̄
alteri dictioni apponaꝛ: cōſignificat eſtq̧ ideo
ſincathegoreumaticus. Diciꝛ autē terīnus cō
plexiuus q2 eſt vnitiuus p̄dicati cū ſubiecto in
propōne. et eadē rōne dr̄ copula: q2 alios terios
copulāt colligat ⁊ cōnectit. Sed apud grāmati
cos v̄bum ſubſtātiuum noiaꝛ: q2 ſubſtantiā rei
cuiuſlibet cōſignificat: vt petrus eſt: celū ē: co
lor eſt. idē eſt iudicium de ſuo ſinonimo exiſto.
Cetera v̄o oia v̄ba adiectiua dicunꝛ ab adijci
endo: q2 p̄ter ſubſiſtātiā aliq̄d aliud ſignificādo
adijciūt: vt petr⁹ legit: celū moueꝛ: color videꝛ.
ideſt: eſt legēs: eſt motū: eſt viſū. addūt ergo pre
ter exiſtētiā hec v̄ba act⁹ alios cōſequētes: vnde
etiā dici pōt v̄bū ſubſtātiuū alioꝝ v̄boꝝ funda
mētū. P. Ex his plana ē auctoritas q̄ ſtati alle
gaꝛ: de quo v̄bo dicit Ariſto ⁊ cet̄a. A. Et licet
textus ei⁹ plus habeat quā hic allegeꝛ (ait eniꝫ
ſi ip̄m ē purū dixeris: ip̄m q̄dem nihil eſt. cōſi
gnificat aūt quādā cōpoſitionē ⁊ cet̄a) tñ nō ad
diꝛ nec minuiꝛ aliq̄d in ſentēcia: q2 purū dr̄ ver
bū eſt qn̄ ſeorſum dr̄ ⁊ nō eſt ab alio v̄bo inclu
ſum: ⁊ tūc nihil eſt quo ad rē ſignificatā: q2 non
ſignificat aliq̄d: ſꝫ cōſignificat alijs teris adiū
ctum quādā cōpōnē. i. quorūdā extremoꝝ colli
gationē ⁊ vnionē: q̄ nec eſſe nec itelligi poſſet ſi
ne illis extremis. P. Affer iam exēpla de reliq̄s
ſincathegoreumatib⁹. A. Terīnus ſincathego
reumatic⁹ negatiuus ē hec dictio nō ⁊ alia q̄li
bet ſibi eq̄ualēs: que aduerbia negādi ⁊ nega
tiones dici ſolēt. vt minime: haud: nec: neq̧: ne
quaq̧: ⁊ cet̄a. Sed q2 negatio tripl'r ſe pōt habe
re ad terīm cui adiūgiꝛ: ideo diſtinguiꝛ triplex
negatio nō re ſed officio. vt negatio negās: pri
uans: ⁊ infinitans. de q̄bus ꝓpius ſermo eſt in
poſt predicamētis vbi de terioꝝ oppoſitionib⁹
agiꝛ. Cōiunctiones ⁊ ꝓpōnes ad cōſtructiones
trāſitiuas deſeruire null⁹ doct⁹ grāmatic⁹ am
bigit: vñ appellari poſſunt ſincathegoreumata
trāſitiua. Terīnus diſtributiuus ē dictio nihil
ſignificās: ſed faciēs terīm ſup quē cadit accipi
pro oibus ſuis ſignificatis copulatiue. vt om̄is
q̄libet: vterq̧: ambo. ⁊c̄. talia dicunꝛ ſigna vl'ia
vt ois hō: q̄libet equus. Sincathegoreumatic⁹
determiatiu⁹ ē terīnus nihil ſignificās ſꝫ faciēs
terīm cathegoreumaticū cui addiꝛ accipi pro
ſuis ſignificatis diſiūctiue. vt q̄dā: aliq̄s: alter
reliquus. ⁊c̄. que vocanꝛ ſigna ꝑticularia. vt q̄
dā lapis: aliq̄s bos. Cōfuſiuus terīnus eſt ſinca
thegoreuma faciēs terīm cui addiꝛ ſtare ꝓ vno
ſuo ſignificato indetīminato: vel ꝓ aliq̄ multi
tudine collecta. vt ſolū: ſolūmodo: tantū: tātū
modo: p̄ciſe: dūtaxat: ⁊ oēs qñ collectiue ſumiꝛ.
vt tantū hō currit: ⁊ oēs apoſtoli dei ſunt duo
deci. Et talis terīnus p̄poſit⁹ ſubiecto ꝓpōnis
facit eā excluſiuā q̄re ⁊ ſincathegoreūatic⁹ ex
cluſiuus dr̄. Exceptiuus terīnus ē rōne cui⁹ ꝓ
poſitio aliq̄ dr̄ exceptia. vt p̄ter: p̄terquā: niſi: ex
cepto ⁊ alia huiuſmodi. vt oē aīal preter hoiem
mouet aures. Reduplicatiuus terīnus ꝓpōnē
reduplicatiuā efficit. vt i quātū: ſcd̄m ꝙ: pro vt:
ea rōne. vt hō inquātū rōnalis eſt riſibilis. Ter
minus ſincathegoreūatic⁹ ꝓnoialis ē ꝓnomē
pure ꝓnoial'r captū: cuiuſmodi ſūt octo ꝓnoia
primitiua. vt: ego: tu: ſui: ille: ip̄e: iſte: hic: et is:
quoꝝ q̄nq̧ p̄ora dicunꝛ ꝓnoia p̄ſonalia. i. cer
tā p̄ſonā cōſignificātia: ille ⁊ iſte: hic ⁊ is: ſūt de
mōſtratiua alicui⁹ certe rei. vt iſte vel hic ē io
hānes: ille ē petr⁹. P. Exēplū hoc vltimū opor
tune dediſti: nā adeſt p̄ceptor nr̄ quē potuiſſes
demōſtrare veniētē. et eñ ꝓprio noie ip̄e vocaꝛ
petr⁹ ⁊ nō imerito: q2 p̄mi paſtoris eccl'ie chriſti
ane apoſtoli petri nō mō habitū exteriorē: verū
etiā animi q̄litatē magna ex parte emulaꝛ. A.
Et tamē in exteriore hoie vitā habet cū ceteris
coēm. ſꝫ mitte iſta fineq̧ faciam⁹ ſincathegoreu
matib⁹. Quinq̧ autē vl'ia ex dictis ꝓnoibus
relatiua ſunt maxime ille ⁊ ip̄e. vt petrus venit
et ille eſt noſter preceptor. P. Idem ergo prono
men pōt eſſe p̄ſonale demōſtratiuū ⁊ relatiuū:
ac per inde iſta diſtinctio nō pretēdit niſi diuer

De diuerſitatib⁹ ſincathegoreumatū.

De verbo ſubſtātiuo

De verbo adiectiuo.

De negationibus.

De ſign[is] vl'ib⁹ [et par]ticular[ibus].

De aliq[uis]…

De pron[o]minibus.

De rel[ati]uis.



ſas rōnes terminoꝝ. A. Verū ais. Occaſione
autē ꝓnoim relatiuoꝝ fit hic mentio de relati
uis grāmaticalib⁹ q̄ etiā ſignificatione ſinca
thegoreumata ſunt et de quorum numero ſunt
pronoia dicta relatiua. Relatiuū itaq̧ grāma
ticale eſt terminus ſincathegoreumaticus qui
additus alteri ſignificatiuo conſignificat illud
iam eſſe prius dictū. vt petrus venit et ipſe pe
trus eſt ſacerdos. Relatiuoꝝ taliū aliud eſt re
latiuū ſubſtantie: aliud accidentis. Relatiuū
ſubſtātie eſt cuius antecedēs eſt terīnus abſo
lut⁹ vel cognotatiuus ſubſtātiuat⁹: vt ille iſte.
Sed relatiuū accidentis habet ꝓ antecedente
terminū adiectiuū cognotatiuū vel abſolutum
iunctum cognotatiuo: vt qualis: quāt⁹. quoꝝ
vocabuloꝝ declarationē diuiſio ſequēs abun
de explicabit. Relatiuū ſubſtātie iterū diuidiꝛ
per relatiuū identitatis ⁊ diuerſitatis. Relati
ua ſubſtātie idētitatis ſunt ille: ipſe: iſte: idē: is
ſui: ⁊ cetera. Relatiua ſubātie diuerſitatis ſunt
vt alter: alius: diuerſus: ⁊c̄. Relatiuoꝝ itē ſub
ſtantie idētitatis quedā ſunt reciproca vt ſuus
ſui: ipſemet: ⁊c̄. Alia ſunt non reciproca vt ille
iſte: ⁊c̄. Cōſimiliter relatiua accidentis diuidū
tur ꝑ idētitatis et diuerſitatis. idētitatis: vt q̄
lis quātus: huiuſmodi. diuerſitatis vt alterius
mōi ⁊ cet̄a talia ſicut noſti iā ex gāmatica. M.
Doctiorē niſallor te reperiam mi iohannes de
tua ſiſus ſolertia qua nullū tempus tibi inani
ter fluere permittis. P. Totā hanc primā termi
noꝝ diuiſionē cū adiecta ſincathegoreumati
coꝝ multiplicatione textualiter exponēdo trā
ſegimus. quam ſatis mihi facio intelligibilē et
peruiā: niſi ꝙ de hac ſincathegoreumatū ma
teria altius aliq̄d traditurā tuā expectamus
ſapientiam. et hec vel ſola eſt cauſa ꝙ alteram
diuiſionē principalē hodierno exercitio deſti
natā noluimus intrare. M. Non parue vtilita
tis fuit te hoc ante meridiano ſtudio tantā ſin
cathegoreumatū turbā expediuiſſe et recte cō
cepiſſe: verū qñ altiora petis: tria preter hāc lit
terā de ſincathegoreumatib⁹ breuiter tāgemus
puncta. primū erit de ipſoꝝ ſignificatione. q̄re
ſciꝫ (cum terminus q̄libet ſit dictio ſignificati
ua) ſincathegoreumata dicanꝛ termini ſi nihil
omnino ſignificāt? Alterū de eo ꝙ ſepius audiſti
ea ſignificare aliq̄liter: nam hoc dicunt pluri
mi ſenciūt vero pauciſſimi. Tertiū ⁊ finale erit
de motiuo nr̄i intellectus ad formandū ſinca
thegoreumata. P. Horū trium ſecundū tantū
modo dubium me inquietū tenebat: qd̄ te docē
te audire optabā: alia duo nō aduertens: cū ta
mē illa minime dimittēda videanꝛ. His omni
bus bene digeſtis nihil in hac materia intactū
apparebit. M. Latiorē tamen coꝝ enucleatio
nem tēporum anguſtia nō admittit: cum reffe
ctioni meridiane alijſq̧ neceſſarijs actibus va
candū nobis ſit: nunc vero breuiter vt diximus
reſolutionē hui⁹ materie audies. qua bene ac
cepta ſi libroꝝ copia tibi occurrerit ſine alio p̄
ceptore vl'iora puncta oia facile ꝑpendes. Cir
ca p̄mum ergo dubiū ē vna opinio q̄ dicit om
nem terīm mūdi aliq̄d ſignificare: et ꝑ ꝯñs ſin
cathegoreumaticos terios nō bñ diffinitos eē
a multis per nihil ſignificare. q2 vt arguebatur
in ipſo dubio: videꝛ implicari cōtradictio ſi di
caꝛ aliquis terminus nihil ſignicās. ſeq̄tur eñ
ꝙ ſit ſignificans et nō ſignificās. P. Quā rem
queſo ſignicabit iſte terminus ois ſcd̄m dictam
opinionē? M. Reſpōdebūt ꝙ terminus ille eſt
ſincathegoreumaticus id eſt cōſignificatiuus
eo ꝙ ſeorſum nihil ſignificet: tñ alteri termino
puta homo adiunctus ſignificabit illud idē ꝙ
homo ſignificat. et ita conſignificat id eſt ſimul
cum alio ſignificat nō aūt ſolitarie. P. Oppor
tebit ergo cōcedere ꝙ ille terminus ois ſeorſum
et ſolitarie accept⁹ nō ſit terminus: et ſic d̄ quo
libet alio ſincathegoreumate. M. Seq̄tur ne
ceſſario ad ſuam opinionē. niſi euadāt ꝑ ſignifi
care in aptitudine ⁊ in potētia propinqua. A.
Euaſio ei⁹ nihil valet meo iudicio. qm̄ ſi iſto
rum terminorum hō ⁊ ois quilibet ſeorſum of
feraꝛ eis: de p̄mo cōcedent ꝙ eſt ſignificatiuus
in potētia ꝓpinqua: ergo de ſecūdo habēt illud
negare. M. Et iterū ſi illos terios cōiunctos in
libro clauſo poſueris: cōcedēt ꝙ ois ſignificat ex
adiunctione hois: qd̄ tamē nō eſt verū niſi i po
tentia illa propinqua: ſeq̄tur ergo ꝙ illis ſepa
ratis iſte terīnus ois nō ſignificabit in potentia
propinqua nec erit terīnus. Sed q̄cquid ſit de
illo ſigno ois et alijs huiuſmodi. tamen opinio
iſta nullā habet apparēciam de p̄poſitiōib⁹ cō
iunctionib⁹: ⁊ multis aduerbijs. q̄s enim bene
audiens ⁊ intelligens hanc loquutionē homo
et aſinus ad fontē vadunt: cōcederet ꝙ iſta cō
iūctio ⁊ aliquo mō ſignificat hoiem vel aſinum
aut vtrūq̧: ⁊ illa p̄pō ad ſignificet fontē. Inſup
Ariſto. loquēs de v̄bo ſubſtātiuo nō dixit ꝙ cō
ſignificat illud qd̄ ſua extrema inter q̄ cadit: ſꝫ
pocius ꝙ nihil ſignificat niſi ꝙ ꝯſignificat quā
dā cōpōnem quā ſine extremis nō eſt intellige
re. Idē etiā loquēs d̄ hoc ſigno ois palā dixit ꝙ
nō eſt vl'e logicū id eſt terīnus cathegoreumati
cus ſignificās rē cōfuſe: ſed cōſignificat qm̄ vl'r.
In quo textu habuit originē ⁊ fundamentum
opinio cōis q̄ dicit ſincathegoreumata nō ſigni
ficare aliq̄d ſed aliq̄liter. Hāc nos ſeq̄mur viā
que veriſimilior oſtēdiꝛ rōnib⁹ p̄dictis cū alijs
multis. P. Solue ergo argumētū illi⁹ opinio
nis de iplicata cōtradictiōe. M. Nulla ē cōtra

Tria dubia de ſincathegoreumatib⁹.

Ad p̄muꝫ dubium. Opinio cū ſuo fundamento.

Reprobatio eius p̄ma.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

Quinta.

Alia opinio verior



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dictio in equiuoce dictis: ex quo affirmatio et
negatio nō ſunt de eodē. In ꝓpoſito autē ſigni
ficare dupl'r accipit̄ vnomodo general'r pro ſi=
gnificare ⁊ cōſignificare: et ſic ponebat̄ in diffi=
nitione termini ⁊ illo modo ois terminus eſt ſigni=
ficatiuus vt dictū eſt. Alio mō ſpecialiter ꝓ vt
diſtinguit̄ cōtra cōſignificare: et ſic nullus ter=
minus ſincathegoreumatic⁹ pōt eſſe ſignifica
tiu⁹: demōſtrato ergo ſincathegoreumate cōce
dimus ꝙ eſt ſignificās ⁊ ꝙ nō eſt ſignificās va=
riata illius participij acceptione. P. Clara eſt

Ad ſcōm dubium.

ſolutio: veni iā ad ſcōm dubium tam diu mihi
expectatum. M. In oi arte et ſcientia apparēt
quedā iſtrumēta artificū q̄ ſincathegoreumatū
gerunt ſilitudinariā ꝓporcionē: quare ex illoꝝ
modis cōcurrēdi ad opera artiū facilis erit ma

Exemplū primum.

nuductio tua ad noticiā ſincathegoreumatuꝫ.
Ante oia offert̄ exēplū de circulo āte tabernā pē
dente: in qua negociatiōe circul⁹ ille q̄ſi cathe=
goreuma vinū ſignificat. cui circulo ſi talis vel
color vel pānus vel ramus adheſerit: ad modū

Exemplū ſecundum

ſincathegoreumatis cōſignificabit vinum illō
eſſe ꝓ eccleſiaſticis ſolū aut pro nobilibus. Si
mile ē videre in q̄libet alia mercatoria arte pro
diuerſitate regionū ⁊ mercimoniaꝝ. maxime i
arte cōi numerādi apparet dr̄ia litteraꝝ nouē

Exemplū tertium.

ſignificatiuaꝝ a decima non ſignificatiua q̄ ci
fra dr̄ ad modū ſincathegoreumatis. Sed in fa
ctibilib⁹ notabilis mihi apparet ad ꝓpoſitum
ars figuli q̄ ex eodē luto p̄mo vaſa q̄dam p̄nci
paliter intenta venalia format. deinde ad illoꝝ
debitā in furno collocationē vt coquantur alia
inſtrumēta (ſi vnq̄ꝫ talia vidiſti) interiecta po=
nit. que etiā pariter cum vaſis decocta ad nihil
vltra valitura abiciunt̄. P. Vidi ſepius in do
mo figuli hec puerulus admirās. quoꝝ inſtru
mētoꝝ alia plana ſunt inſtar tabulaꝝ: alia ob
longua ad modū ſagitaꝝ: alia ſicut tripode: et
alia aliter diſpoſita ꝓ diuerſis ſuis vtilitatib⁹
M. Vaſa ergo fictilia que vendunt̄ ab artifi=
ce poteris in illa arte cathegoreumata vocare:
cetera autē dicta inſtrumēta: ſint ibi ſincathe=
goreumata. Dimiſſis nunc breuitatis grā exē=

Exemplū quartum.

plis multis artium fabrilū. ſ. lignarie: ferrarie
erarie: argentarie: ⁊ aliarum que quotidie ti=
bi iꝓmptu eſſe poſſunt: aſcendamus ad eccle
ſiaſtica ſacramēta in quib⁹ ea que ſunt de ne=
ceſſitate ſacramenti (vt ſunt in babtiſmo aqua
et in eucariſtia panis ⁊ vinum cum debita for
ma verboꝝ) vocemus quaſi cathegoreumata.
Alie v̄o cerimonie q̄ ad ſolēnitatē magis quā
ex neceſſitate ſacramenti fiunt: velut ſincathego
reumata iudicāda ſunt. Itidē in horis canoni
cis hymni ⁊ pſalmi lectiōes ꝓphetaꝝ ⁊ apoſto
loꝝ p̄ncipalia ſunt vt cathegoreumata: ſed in

uitatoria: antiphone: ⁊ v̄ſus acceſſoria quaſi
ſincathegoreumata ⁊ ꝓpter decorem coordina

Exemplū quintum.

ta. Aliud ſil'e noſtro deſeruiens ꝓpoſito ponit
Ariſtoteles in ſua methaphiſica vbi ſubſtātiā
dicit eſſe ens: accidētia vero noluit entia dice=
re: ſed aliqualiter entia q2 ſunt entis p̄ncipalis

Exemplū ſextum.

id eſt ſubſtātie diſpoſitiōes ad agēdum vl' paciē
dum. Quē Ariſtotelē imitari volentes ſcotiſte
et formalitates quaſdā cōcedentes tam in deo
quā in creaturis: nolūt eas appellare res ſꝫ rea
litates: cuiuſmodi ſunt intellect⁹: voluntas: ſa
pientia: bonitas: et idee creaturaꝝ in deo: atq̄ꝫ
proprie paſſiones: ⁊ p̄ncipia indiuiduantia et
potentie aie in creaturis. P. Ex tāta exemplo=
rum turba tria mihi faciliora: de circulo taber
ne: de arte figuli: ⁊ de accidētib⁹ cum ſubſtātia
ad ſignificationē ſincathegoreumatū ſpeciali⁹
adapta. M. Et horum trium primum in hac
re aptiſſimum videt̄: cum ſigna ſignis facilime
applicari poſſint. Hoc itaq̄ꝫ circuli exemplo be

Applicatio primi exempli

ne tibi expoſito: alia oia vel ſolus ipſe ptracta=
bis. Cum ergo circulus ille taberne vt aiebā vi
num ſignificet vt cathegoreuma aliq̄d ſignifi=
cās: nulli dubium q̄n etiā folia hedere circuluꝫ
adornātia ſigna dicēda ſint. nō ſic tn̄ ꝙ rem vl=
lam ip̄a ſignificēt in hoc caſu: ſed q2 illis ꝑſen=
ſum in circulo aprehenſis. intellect⁹ dirigit̄ ad
cognoſcēdum vinū illud circulo ſignificatum
ſic vendi ⁊ nō aliter. et ꝓpterea folia iſta nec ſi=
gnificant aliq̄d nec aliqua ſed aliq̄liter. hoc eſt
mouent intellectū ad cognoſcendū aliqualiter
rem qualiter prius eam nō cognoſcebat ſed ali

Ecce q̄ʒ ſignificant aliq̄liter.

ter. Et iſto modo termini ſincathegoreumatici ad=
iecti cathegoreumaticis faciunt ꝙ intellectus
aliq̄liter cōcipiat rem ſignificatā per terim ca=
thegoreumaticū qualiter ſine illis nō cōciperet
eam ſed aliter. cum eñ audis ꝙ hō currit ſta=
tim cōcipis hoiem vnū vel alium velociter am
bulantes. ſed cum dr̄ iſte homo currit: iam te
determinas ad certū hoiem demōſtratū vt fer=
dinandū rōne ſincathegoreumatis adiuncti.
Si vero tibi enunciaret̄ ꝙ ois homo currit: tūc
diffunderes tuū itellectū vniuerſal'r ſup quoſ=
cunq̄ꝫ hies copulatiue: iuxta Ariſtotelis ſentē
tiā ꝙ oīe ſignificat q̄ñ vniuerſaliter ſuple cō=
cipit̄ res ſignificata p terim cui addit̄ tanq̄ꝫ ꝓ=
prium eius adiectiuum. Sil'r cum audieris ꝙ
homo eſt rōnalis: illico intelligis ꝙ res ſignifi=
catā p ſubiectū homo eſt illamet quā ſignificat
predicatū rōnalis ⁊ non alia ab ea: ⁊ hoc ꝓpter
copulā ꝓpoſitionis q̄ vt dicit Ariſto. ſignificat
cōpoſitionē ſuple extremoꝝ terminorum: id eſt
vnionē illoꝝ in eadem re ſignificata (qd̄ verum
eſt q̄ñ ipſa copula non eſt impedita negatione
precedēte) quam inq̄t cōpoſitionem ſine extre=



mis nō eſt poſſibile itelligere. q2 copula nihil
ſignificat intellectui ſed tm̄ extrema ſignificāt
rē in q̄ vniunt̄ p copulā. Eodē mō eſſet dicēdū
in alijs ſincathegoreumatū varietatibus q̄ tuo
ſint exercitio relicta. P. Sufficiūt mihi predi=
cta. ex quib⁹ accipio te velle ꝙ ſincathegoreu=
matici termini primo: nullā rem intellectui ſignifi=
cant: ſꝫ circa res ſibi alias ſignificatas moueāt
ipſum ad ſic vel aliter intelligendū. ⁊ hoc eſt ea
ſignificare aliq̄liter: vti de hedera circulo taber
ne appēſa optime declaraſti ꝙ ipſa vinū nō ſi=
gnificat ſed poti⁹ circa vinū circulo ſignificatū

Applicatio aliorū exēplorum

aliq̄liter cōſignificat. Et potuiſſes meo iudicio
nō ꝓhibēte ꝓlixitate ſilitudinē artis figuli ſic
aplicare ꝙ inſtrumenta ab eo facta ex luto nō
ſūt vaſa: ſꝫ aliq̄liter ſe habēt ad vaſa: ⁊ ciſra i al=
goriſmo non eſt numerus ſed aliq̄liter ſe habet
ad numeros. Item in. 3. exemplo potuiſſes di=
cere ꝙ accidentia nō ſunt entia ſed aliqualiter
diſponūt entia id eſt ſubſtātias: ſicut ſincathe=
goreumata aliq̄liter ſignificāt circa ſua cathe=
goreumata: et hoc eſt illa cōſignificare ſcdm vo
cabuli greci interpretationem. M. Clariſſime
hec cōcepiſti. Trāſeo ergo ad tertiū dubiū niſi

Examinatio alteri⁹ opinionis

aliq̄d velis addere. P. Nō ſum expers formidi
nis circa opinionē illā que tenebat ſincathego
reumata aliq̄d ſignificare. q̄ñ oia que in reſo=
lutione hui⁹ ſecundi dubij attuliſti poterūt ſi=
ne offenſione dicte opinioni cōcordare. imo q̄=
buſdā verbis mutatis eādē multū corroborare
M. In hac materia bone fili nemo eſt q̄ plenā
certitudinē habēat ſine formidine. nā et oppo=
ſitā tenentes opinionē etiā formidāt ne forte no
ſtra via ſit verior. ſicut dixerim tibi veriſimilio
rem eſſe mihi iſtā tum ex auctoritate Ariſtote=
lis: q̄ expreſſe dicit ꝙ hoc v̄bum eſt nihil ſignifi
cat ⁊ hoc ſignum ois nō eſt vniuerſale: ac ſi di=
ceret nō ſignificat aliq̄d ſed aliq̄liter q̄ñ vni=
uerſaliter: tum ex rōnib⁹ pri⁹ factis quib⁹ etiā
hec aducia t̄. q̄ñ hoc verbū eſt vel hoc ſignum
ois in quacūq̄ꝫ locutione ponat̄ ſemp eādē re
tinet ſignificationē ex vnica ſua impoſitiōe ex
quo nō equiuocat̄: hoc aūt non eēt poſſibile ſe=
cundū illā opinionē. nam cū dico ois homo eſt
aial: quodlibet illoꝝ ſincathegoreumatū conſi
gnificaret hoiem: et cū iterū dico ois lapis ē in=
animat⁹: iam cōſignificaret lapidē: et ſic tene=
retur equiuoce qd̄ nullus doct⁹ concederet. P.
Diminuit ꝑfecto ex magna parte formidinem
meā ꝓbabilitas hui⁹ rōnis: quia alij cogerētur
admittere oēs terios ſincathegoreumaticos eē
equiuocos cōtra ſententiā oīm grāmaticoꝝ: q̄
nullā fecerūt equocationē i verbo ſubſtantiuo
eſt: neq̄ꝫ in iſta cōiūctione et: vel iſta ꝑpōne ad:
aut iſto aduerbio certe: alijſq̄ꝫ plurib⁹ dictioni

bus ſincathegoreumaticis. M. Eſt vnus do=

Johānes dorp.

ctor non minimus logicoꝝ q̄ opinat⁹ eſt hoc ꝓ
nomē demōſtratiuū iſte equiuoce teneri in his
duab⁹ locutionib⁹ iſte homo legit: iſte aſinus
currit: et ſil'r poſſet dici de alijs ſincathegoreu=
matib⁹ oibus. P. Mihi nō placet illa opinio.

Ad dubiū tertium.

Dic ergo de. 3. dubio. M. Dubitarūt multi quo
nā pacto intellect⁹ hois (qui ſine obiecto cōcau
ſante nullā noticiam parere ſufficit) terios mē=
tales ſincathegoreumaticos poſſit formare q̄=
bus ſubordinent̄ in ſignificando termini vocales ⁊
ſcripti ſincathegoreumatici. A. Cōmune dictū
allegatur ab Aug. ꝙ ex obiecto ⁊ potētia parit̄
noticia: merito ergo incidit dubium ſi termini ſinca
thegoreumatici nihil ſignificāt: quomō vale=
bit nr̄a potētia intellectiua ꝓducere terim mē=
talē ſincathegoreumaticū: qd̄ eſſet ꝓducere no

Opinio cū ſuo fundamento.

ticiam qua nulla res cognoſceret̄. M. Ea pro=
pter Gregorius ariminēſis negauit ſincathe=
goreumata mētalia: ſed loco eoꝝ cōceſſit eſſe in
mente quaſdā oſ̄ones vel noticias cōplexas q̄=

Alia opinio verior

bus ſubordinant̄ ſincathegoreumata vocalia
et ſcripta. Sed nō obſtāte predicta ratione: via
cois logicoꝝ quā ſequimur ponit terios ſinca=
thegoreumaticos tam in mēte quam in voce ⁊
ſcriptura. P. Tota hec dubitatio vt video ſtat
circa terios mētales ſincathegoreumaticos ex
quibus pendent vocales et ſcripti. cum illi ad
explicādū iſtos ſint impoſiti: Eduſcere ergo no
bis ſi placet q̄ūo non obſtante ſuperiore argu=
mento intellect⁹ poſſit ſine obiecto formare hu
iuſmodi noticias ſincathegoreumaticas. M.
Non format eas ſine obiecto aliquo mō cōcur
rente: ſed alio mō quā cōcurrat ad noticias ca=
thegoreumaticas: in quib⁹ obiectū imediate
concauſat ſicut pater generās ⁊ partialiter cō=
currendo cū intellectu (qui eſt alia cauſa par=
tialis ſicut mater cōcipiens) at in notionib⁹ ſin
cathegoreumaticis obiectū mediate cōcurrit
hoc pacto: q̄ñ formatis terminis cathegoreu=
maticis ab intellectu cū obiecto: intellect⁹ in=
diget cōponere varias oſ̄ones afirmantes aut
negantes de reb⁹ illis quarū ſunt noticie: hac
igit̄ neceſſitate duct⁹ potuit ingeniare act⁹ in=

Declaratio exēplaris i mecanicis artibus.

telligendi ſincathegoreumaticos multiplices
pro diuerſitatib⁹ oſ̄onum mētaliū. P. Bonus
hic modus dicēdi videt̄: ſi ipſum aliquib⁹ ex=
emplis apertiorē effeceris. M. Artes mecanice
oēs palam nobis exemploꝝ copiam miniſtra=
bunt: ſi aduerterimus qnr̄i temporis artifices
ſuis predeceſſorib⁹ policiores ſubtiliores: et a=
giliores cōprobant̄ fere in cūctis artib⁹. teſtant̄
hoc antiqua edificia modernis ꝯparata veſtiū
etiam tam eccl'iaſticarū quam laicalium me=
liores moderne forme: agriculture nūc facilior

vſus:et tandē artis impreſſorie libroꝝ que nūc pollet ſup antiq̄orem grādis melioratio ⁊ magna facilitas. Cum enim poſteriores artifices a ſuis p̄ceptoribus nō didiſcerint artes ſuas niſi groſſo illo et rudi laborioſoq̄ꝫ modo: vt ratio cōtinui laboris dedit itellectū: vt remedia multa inſtrumentorū alleuiantiū excogitarent̄: et ſic(teſtāte Ariſtotele)tempus horū repertor fuit bonus: cū per tēporis ſucceſſionē artium facta ſint incremēta. Ecce ꝙ intellectꝰ hois eſt potēs multa alias nō viſa ingeniare: maxime occurrente ſibi aliqua neceſſitate. P. In oībus tamē his exemplis nō deeſt intellectui obiectū motiuū imediate cōcurrens. quale nō dat̄ in ſincathegoreumaticis notionibꝰ. M. Si ſubtilius cogitaueris reperies in hoc nullā eſſe dr̄iam inter dicta exempla ⁊ exemplatū. Quid vero dices de noticiis rerū impoſſibilium quas intellectꝰ ſine obiecto format. vt d̄ chimera: hircocernno: et aliis huiuſmodi? Accipe tn̄ aliud ſil̄e circa terioꝝ mentalium formationē. cōſtat manifeſte(ſi audiſti)ꝙ ariſtoteles negat illas res vniuerſales quas Plato ponēs gn̄a: et ſpecies: vel ideas vocabat. et tn̄ nō negat ſed admittit terminos cōes q̄ ſunt genera: ſpecies: et dr̄ie. Si ergo quereret̄ in doctrina Ariſtotelis: qūo poteſt formare intellectꝰ cōceptꝰ vl̄es: nullis exiſtentibus rebus vl̄ibus quoꝝ ſint noticie: reſpondebunt oēs docti peripatetici allegando virtutem intellectus nr̄i qui pōt ex noticiis ſingularibus immediate acceptis a rebus: abſtrahere alias noticias vniuerſales ad quaꝝ ꝓductionē res obiecte ſolum cōcurrūt mediate. ſ. per noticias ſingulares preuias: ſil̄e eſt de ſincathegoreumatibus preſuppoſitis cathegoreumatibꝰ. A. Optimum fuit hoc exēplum in ꝓpoſito ⁊ dubii huius elucidatiuū. Sꝫ vt mihi apparet alia duo maxima dubia in ph̄ia inde ſoluunt̄: p̄mum ē de naturis cōibus quas multi peripateticoruꝫ ſtabilire nitunt̄ ſub certa dr̄ia ad ydeas Platonis. et hec(vt dicunt)ſunt terminorū cōium ſignificata adeq̄ta: nō autē res ſingulares. Secūdum dubium eſt ſup ꝓlogum phiſicorū apud Ariſtotelē vbi grandis eſt doctorū cōtrouerſia de p̄mo cognito apud nr̄m intellectum incipiētem cognoſcere in puericia hois. M. Subtilit̄ elicis correlaria illa duo. nā ꝓpter terios cōes nō eē fingendas res vl̄es: aperte docuit Ariſtoteles p̄mo libro ſuoꝝ poſterioꝝ. vbi terios cōes ex quibꝰ fiunt ꝓpōnes neceſſarie de oi: et per ſe et ſcd̄m ꝙ ip̄m: fatet̄ eſſe neceſſarios ad habendum ſcientiam d̄ rebꝰ: nō autē res ſignificatas vniuerſales. ſpecies inquit eē aut vnū aliq̄d extra multa nō neceſſe eſt ſi demōſtratio erit. eē tn̄ vnum d̄ multis verū dicere neceſſe eſt. nō enim

Declaratio ſincōceptibus.

De teris cōibus.

Duo phiſicalia dubia.

Solutio primi.

erit vniuerſale: ſcꝫ poſterioriſticum: niſi hoc ſit vlꝫ vnum p̄dicabile de multis. Itē ꝙ p̄me noticie quas intellectꝰ format in puericia ſint ſingulares nō vl̄es: expreſſe dixit idem in p̄mo libro de aīa vbi aīal inq̄t vniuerſale quo ad rē ſignificatā cōem nihil eſt: ſed quo ad cōceptum cōeꝫ poſterius eſt. A. excedunt iā iſta pueri huiꝰ capacitatē. bonū ergo erit optime p̄ceptor ſi dignū duxeris finē facere his teris ſincathegoreumaticis: et parump tue neceſſarie reffectioni corporis indulgere. nā meridiano nr̄o circulo iā ſol proximus eſt. Nos vero finito prādio alterā hodierni exercitii particionē aſſumemus. M. ſic tn̄ vt inter cibum ⁊ hoc exercitiū ſpeculatiuum notabilis quedā tēporis pars fluat: ne digeſtionis neceſſarie actus impediat̄ ac perinde corporis bona valitudo minor fiat. Nā aīe noſtre virtus finita ⁊ non magna cū vni operi maxime intellectuali intēderit: circa alia opera vt remittat̄ neceſſe eſt. A. Salubre hoc documētum a peritiſſimis medicis ⁊ accepi ⁊ obſeruaui ferre ſemp. ¶ M. Grande et ſpecioſum valde exēplar tocius nature corporalis oculis nr̄is mōſtratū eſt dilectiſſimi mei: quo dirigit̄ humana induſtria nō ſolū in operibꝰ artium(de quibus dicit Ariſto. ꝙ ars imitatur naturā)ſꝫ etiā in moribꝰ ⁊ actibus virtutum ſpiritualium in quibꝰ eſt vita aīe rōnalis. Nam ex ipſis nature operibꝰ ſumi poſſunt exēpla multa nr̄is valde cōpetentia moribꝰ. ſiquidē diuine ꝓuidentie largitas ſic hoi corpora hec inferiora ſubiecit: vt eidem nō modo in ſubſidium adeſſent infirmitatis: verū etiā vt ⁊ documētum p̄berēt veritatis: et i exemplum ſibi fierēt bonitatis. Hāc autē cōſuetudinē ille magnus doctor Gregoriꝰ nazanzenus ſibi fecerat: vt quicq̄d horū corporalium eius oculis extius occurreret: interioribus aīe virtutibꝰ adaptaret. mos inq̄t mihi eſt ad me ipſum ſingula queq̄ꝫ reuocare et aīe moribus adaptare qd̄ videt̄ i oculis: et oculorum viſio fit mihi mentis eruditio: Tāti ergo huiꝰ viri exēplum ſumentes iam diurno edulio refecti venite dilecti egrediamur foras luſtraturi agros vt videamus ſi flores fructus parturiūt. Nam flores dici poſſunt oēs iſte ſenſibiles creature dei q̄ mundū adornant. vlꝫ plante: et cuncta vegetabilia: aues ⁊ volatilia: beſtie terre: et marina natatilia. tunc aūt flores iſti fructꝰ parturiunt in aīa nr̄a: cū ex iſtis ad ſpiritualem vitam ꝓficimus. vnde ⁊ dn̄s in euangelio cōſiderate inquit lilia agri: videte ficulneam ⁊ oēs arbores. reſpicite volatilia celi. et p beatū Iob dicit. Interroga iumenta terre ⁊ docebūt te: volatilia celi ⁊ indicabūt tibi: loquere tre ⁊ reſpōdebit tibi: ⁊ enarrabunt piſces maris. tūc enim

Solutio ſecunda.

Cōtēplatio doctrine naturalis.



iſtas creaturas interrogamus: cū caꝝ naturas ſubtiliter indagamus: interrogate v̄o reſpōdēt loquūtur ⁊ docēt nos: cum ex earū cōſideratiōe percipimus q̄liter nr̄os actus cōponere debeamus. P. O vtinā tēpus daret̄ optime ſernāde quo particulatim iſta mihi ſuggereres ibecillitati atq̄ꝫ inertie huius pueritie decentibꝰ cōſulens exemplis. A. Virorū grauium officiū mi frater ab adoleſcente minime req̄ras: ſed cōfide in dn̄o q̄ tali p̄ceptori te ſubdidit a quo talium plurima ꝓ ſuo loco et tēpore quā feliciſſime accipies. Sed heu iam aliquādiu foris euagati ad domū regrediamur ſcd̄e terioꝝ diuiſioni vacaturi. P. Id iam expoſcit tēporis lapſus. qm̄ adueſperaſcit et declinat dies. A. Scito ergo ꝙ ſequētes diuiſiones ſeptē in hoc differūt a p̄ma predicta: ꝙ illa diſtinguebat terios ſeorſum acceptos: iſte vero ſunt de teris ad aliq̄d cōparatis. Duplex aūt fieri pōt alicuiꝰ teri cōparatio: altera ad ſuū ſignificatū alia ad alteꝝ teriꝫ cui in orōne colligat̄. Hec itaq̄ꝫ diuiſio ſcd̄a hodierna primā teriorum cōparationeꝫ explicat: alie vero ſex cōparationē vēdicāt ſecundā. due autē vl̄ame vlꝫ nona ⁊ decima cōtra priores octo ſeparande ſunt. Et q̄r ex predictis tibi ꝑſuaſum exiſtimo ſincathegoreumata nullū habere ſignificatū ad qd̄ poſſint cōparari: ꝯn̄s eſt hāc ſecundam diuiſionem ad terios cathegoreumaticos tantūmodo ꝑtinere: cum ſex aliis ſequentibus que hāc p̄ſupponūt. P. Clara ē modo lr̄a iſta: terioꝝ cathegoreūaticorū in cōparatiōe ad ſua ſignificata duo ſūt modi p̄ncipales. A. Quaſi diceret due ſunt diuerſitates ⁊ dr̄ie terioꝝ iſtoꝝ quas ſignificāt iſta duo vocabula terinus abſolutus et terinus cognotatiuus: q̄ ſunt vt due huius gn̄is ſpecies ſcꝫ termini cathegoreumatici. P. Eſt ne ſufficiens ⁊ p̄ciſa iſta diuiſio per hec duo mēbra. A. Suppoſita quadā alia diuiſione p̄ore: cuiꝰ hec eſt ſubdiuiſio: preciſa erit. nā terinus cathegoreumaticꝰ cōparatꝰ ad ſuū ſignificatū. p̄mo diuidit̄ p vniuocū: equiuocū: ſuppōnē: appellatiōeꝫ: alienationē: ſeu remotionē. āpliatio v̄o ⁊ reſtrictio ſub ſuppōne ⁊ appellatiōe cōprehēdunt̄. vniuocus aūt terinus cathegoreumaticus ſufficienter diuidit̄ in abſolutū et cognotatiuum ⁊ cet̄a vt hic. P. Quare ergo tam neceſſaria diuiſio in his nr̄i preceptoris introductionibus fuit pretermiſſa? A. Non opus eſt in ſuccinctis tractatibꝰ ad introducēdum nouicios cuiuſq̄ꝫ artis oīa extēſe tradere. redderet̄ enim opuſculū difficile ⁊ iuenuſtum. ſufficiens autē erit atq̄ꝫ decoꝝ: ſi magis neceſſaria ſub v̄boꝝ cōpendio ꝑſtrinxerit. In primā ergo partē logice(cui hec introductio deſeruit) Ariſtoteles vnicū tractatū cathegoriaꝝ edidit:

Nota hic ordinē decē diuiſionū principaliū.

Secūda diuiſio textꝰ declarat̄.

atq̄ꝫ in eius exordio vniuoca: equoca: ⁊ denominatiua declarauit. poſteriores v̄o logici paruos quoſdā alios tractatꝰ de teriorū predictis proprietatibꝰ. i. ſuppōnibus ampliationibꝰ reſtrictionibꝰ appellationibꝰ alienationibꝰ ⁊ remotionibꝰ eidē parti addiderunt. quoꝝ ꝑicia magis ad ſubtilitatē ingenii in exercitio diſputationis: quā ad intelligēdas grādium auctorum ſentēcias mihi videt̄ cōferre: ad quas tn̄ p̄cipuā in ſua logica direxit Ariſtoles intētionē. Noſter idcirco auctor Ariſtotelice logice iſeruire cupiens: ea tn̄ vocabula in ſua hac introductione interpretatꝰ eſt: que ad rectā illiꝰ cathegoriarū intelligētiā facere videbant̄. dūmodo ab eodē Ariſtotele non fuerint pre expoſita: porfirium imitatꝰ q̄ iſagogē p̄dicabiliū in cathegorias illas edidiſſe phibet̄. Suppoſita ergo vniuoci et equoci declaratione ex Ariſtotele: ꝓſequit̄ ſub vniuoco terio cathegoreumatico diuiſiones iſtas neceſſarias ad dictuꝫ ꝓpoſitū. P. Gaudeo plane iſta ſciuiſſe. de vniuocis autē ⁊ equiuocis alias noticiā habui aliqualē: quam octaua ſequens nr̄e introductionis diuiſio me reminiſci fecit dum illā mentetenus ꝯciperem. Sed cui cedo grammaticali diuiſioni hec ſcd̄a corſpōdet diuiſio logicalis. A. Diuiſioni nois in ſubſtātiuū ⁊ adiectiuum. Nā terinus cathegoreumaticus ſignificatione p̄cipue nomē eſt. P. Capio bene. Sequitur textꝰ. Abſolutꝰ terminus eſt q̄ ſic rē ſuā ſignificat ꝙ nihil ad eam pertinēs vlteriꝰ deſignat. vt hō. A. Talia ſunt oīa dicibilia q̄ in p̄dicamento ſubſtātie ſunt genera ſpecies ⁊ idiuidua. fuerunt eni oīa illa vocabula ab auctoribus ſic impoſita ad ſignificādum res ſuas tam ſimplr ⁊ abſolute: ꝙ nihil aliud denotarēt p illa niſi rerum eſſentias atq̄ꝫ naturas. M. Que cedo rerum gn̄a poſſunt huiuſmōi vocabula abſoluta ſignificare? A. Res per ſe ſubſiſtentes quas ph̄i ſubſtātias totales dicūt ⁊ ſuppoſita. M. Ergo non oīa vocabula abſoluta cōſtitues in p̄dicamēto ſubſtātie. illa vlꝫ quibꝰ eſſencias accidētiū abſolute ſignificamus: vt ſunt calor frigiditas albedo nigredo et huiuſmodi. A. Nulla oppinor eē vocabula abſoluta accidētium limitata preter illa tria tranſcēdētia ens res aliq̄d. Nā ſcd̄m Ariſtotelē accidens ſicut eſſe nō pōt ſine ſubiecto: ita nec cōcipi noticia ſibi ꝓpria ſine eo. dependet eni a ſubſtantia tam in cognoſcēdo quā in eſſendo vt d̄r ſeptimo methaphiſice. Unde ex mente Ariſto. oīa ⁊ ſola dicibilia p̄dicamēti ſubſtātie ſunt abſoluta: ⁊ res per ſe exiſtentes ſignificantia. M. Quid tn̄ putares dicendū eſſe ad dubiū tibi ꝓpoſitū neglecta Ariſtotelis opinione: ⁊ ſequendo fidē q̄ docet accidētia exiſtere poſſe ſine ſub=

Proportio grāmaticalis.

Abſolutꝰ terminus quid ſit.

Utrū oīa dicibilia abſoluta ſint ī p̄dicamēto ſubſtantie.

Opinio Ariſtotel.

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

iecto? A. Sapientiſſime peritie tue reſolutionē
potius audire cupio ꝙ meā prodere ignorātiā.
[Alia opio] M. Fuit quorūdā opinio ꝓpter dictā ſeparabi
litatē accidentiū ꝙ ipſa poſſint abſolute cōcipi
noticijs ꝓprijs. vnde cōcedūt allegata vocabu
la eſſe abſoluta. Sed iſtoꝝ aliq̄ volētes oīa ab=
ſoluta ſimul coordinare: dixerūt illos terminos
pertinere ad p̄dicamentū ſubſtātie: quapropter
dicunt ꝙ hoc generaliſſimū ſubſtātia eſt ſino=
nimū cū eſſētia aut ente qđ ab iſtis ꝓcedit eē ge
nus ad oīa dicibilia abſoluta. quāuis nolūt ꝙ
debeat poni genus ad oīa dicibilia vt dicit Ari
ſtoteles q̄rto thopicorū: ſic ergo iſti ponētes vni
cum p̄dicamentū oīm abſolutorū cuius gene=
raliſſimū eſt ens vl' eſſentia: diuidūt ipſum per
duo ſubalterna: quorū p̄mum eſt ſubſtātia pro
ente per ſe: alterū eſt qualitas abſolute dicta et
ſub hoc collocāt calorē albedinē ⁊ cetera huiuſmo
[Alia opio] di. ¶ Alij iſtorū (licet predicta vocabula conce=
dant eſſe abſoluta) tamē ꝓpter illa nolūt pone=
re predicamētū entis preter doctrinā cōem logi
corū. ſed dicūt illa ptinere ad tertiā ſpeciē quali
tatis vt cōiter dr̄ ab oībus. quorum opinio biſa
riam defendit. p̄mo equiuocādo q̄litatē ⁊ ꝙ ſit
ibi duplex gn̄aliſſimū: vnum abſolutum aliud
cognotatiuū. ſcđo poteſt dici ꝙ nō ē icōueniēs
ſub gn̄e cognotatiuo ponere ſpeciē abſolutam:
ſicut pleriqꝫ ſub qualitate q̄ extrinſece cogno=
tat: ponūt ſextā ſpēm pro differētijs ſubſtātiali
bus q̄ cognotāt intrīſece. multi etiā nō incōue=
nienter ſub ad aliq̄d qđ eſt p̄ma intētio ponūt
oēs ſecūdas intētiones. A. Tuā vt dixi in tan=
ta opinantiū varietate cupio audire ſentētiā.
[Tertia alia opinio] M. Opinio mea fert ꝙ illa dicibilia: calor fri=
giditas: albedo: nigredo: ⁊c. non ſunt abſoluta
ſed vt recte allegaſti ſecūdū Ariſto. ſunt cogno
tatiua. nam includūt cōgnotationē qualitatis
ſui ſupremi gn̄is. Ratio huius eſt. qꝛ p̄us quā
ph̄i eſſent per reuelationē diuinā certificati de
ſeparabilitate accidētiū: iā erant illa vocabula
in vſu eorū: q̄ habebāt modū ſignificandi acci=
dentia cū cognotatione ſubiecti. qꝛ ſic ſolebant
ph̄i loqui de accidentibꝰ ſequendo purā ratio=
nē ꝙ nec eſſe neqꝫ cognoſci poſſint ſine ſubſtan
tia. Cū hoc tn̄ opinor poſt fidē reuelatā dari cō
ceptus abſolutos ꝓprios ſpecificos ⁊ idiuidua
les de illis accidentibꝰ q̄ per ſe ⁊ ꝓprie ſunt ob=
iecta ſenſuum exteriorū. imo prius ⁊ pfectiꝰ in=
tellectus format huiuſmodi cōceptꝰ de acciden
tibus ab eo per ſe intuitiue congnitis quam de
ſubſtantijs que ꝑ abſtractionē cognoſcunt. A.
Suntne impoſite aliquae voces que talibꝰ cō=
ceptibus ſubordinent? M. Nulle mihi occur=
runt preter ꝓnoīa demōſtratiua ſubſtātiuata.
A. Ad qđ ergo predicamētū reducis huiuſmo
di cōceptus abſolutos accidentiū cū vocalibꝰ
ſibi ſubordinatis teris. M. Si nollemus ſequi
Ariſtotelē qui talia ignorauit (cū articulorū fi
dei nr̄e fuerit neſcius) poneremus illos vt p̄ma
opinio dicebat in predicamēto entis. Si vero
tāti pōderis cēſeatur Ariſtotelis auctoritas: ꝙ
preter ſua predicamenta nulli liceat alia cōfin=
gere addendo aut minuendo aliq̄d: ſequendā
ducimus aliā opinionē de predicamēto qua=
litatis ſuperius enarratā ſcđm aliquē illorum
modoꝝ ſue defenſionis. A. Habemus de his iā
ſatis. ꝓcedemus vltra i textu niſi aliđ velit adiū
gere. M. Poterāt hic pluria dici: ſꝫ locū ſibi ap
tiorē expectabūt in tractatu p̄dicamētorū ⁊ i q̄=
ſtiōe d̄ trāſcēdētibꝰ. P. Cognotatiuꝰ vō terius [Cognotatiuus terminus.]
aliq̄d ad rē ſig̅atā attinens p̄ter illā denotat. vt
albus ſig̅at hoiem et cetera. A. In hac enim locu
tionē hō eſt albus: li albus de materiali ſig̅ato
importat hoiem ⁊ vltra de formali cognotat cū
colorē q̄ eſt diſgregatiuus viſus. Propter quod
ſcire d̄bes ꝙ alicuius termini illud dr̄ ſig̅atum
materiale ratione cuius ipſe pōt ſubſtātiuari ⁊
eſſe ſuppoſitū verbi in ꝓpōne. et reſpectu talis
ſignificati etiā dicūt logici ꝙ terinus pōt ſuppo
nere: vt patet i hac ꝓpōne albū currit. Formale [Duplex ſignificatio.]
aūt ſignificatū eſt oē illud qđ vltra hoc cōſigni
ficat. ⁊ reſpectu huiꝰ ſig̅ati terinus nō dr̄ ſuppo
nere ſed appellare. qđ idē ē cū cognotare: deno=
tare: deſignare vt ſubdit in textu. In teris itaqꝫ
abſolutis propter vnicū ſig̅are nō differunt hec
duo ſig̅ata. ſ. materiale ⁊ formale. ſed hec diſti=
ctio locū hꝫ ſolū in teris cognotatiuis. in quoꝝ
diffinitione q̄d nois ſig̅atū materiale explicat [Argumentum.]
in recto: formale in obliquo. P. Contra hoc al
legari ſolet Ariſtotelis vbum in predicamētis
ꝙ albū ſolam qualitatē ſig̅at. nō g̅ habebit iſte
terinus cognotatiuus duplex ſignificatum. A. [Solutio ꝓ̄ma.]
Solutio cōis ē ꝙ ſolā qualitatē ſig̅at de forma
li ſig̅ato: preter hoc tn̄ ſig̅at ſubſtātiā d̄ materia [Scđa.]
li. Poteſt etiā dici ꝙ albū pure adiectiue captū
ſolam qualitatē ſig̅at. vt cū dico aial albū cur=
rit. ſed qn̄ ſubſtantiuat duplex habet ſig̅atū. vt [Tertia.]
patet in priori exēplo albū currit. M. Si ex an
tecedētibꝰ ⁊ ꝯſequētibꝰ ipſius textus q̄s vellet
huius auctoritatis ſenſuꝫ doctrinalē accipere:
ille accuſatiuus qualitatē nō phiſice ſed gram
matice itelligēdus eſſet de nois adiectiui qua=
litate: prout ſuo loco exponemus. textus enim
Ariſtotelis ſic habet. ꝙ ſcđa ſubſtātia: vt homo
vel aial: ſig̅at quale q̄d non quēadmodū albū.
nihil enim ſig̅at albū quā qualitatē. quaſi di=
ceret nō ſic ſignificat hō quale vt nomē adiecti=
uū qđ nullo modo ſig̅at q̄d ſed ſolū quale. A.
Certe expoſitio iſta optima videt: tū qꝛ eſt pure
logicalis: tum qꝛ ex textu ip̄o naſcitur. vtinam



videremus iam eiꝰ loci plenioꝛē declarationē
tuā. M. Videbitis dn̄o cōcedente vbi tp̄s opoꝛ
[Dubium bonum. Opio cū ſuo fundamento.] tunum aduenerit. P. Quod duorū ſig̅atorū ter
mini cognotatiui cēſes p̄ncipalius? A. Reales
logici vidētes ꝙ in rebꝰ naturalibꝰ nobilioꝛ eſt
et p̄ncipalioꝛ forma quā materia: cōſequenter
applicāt ꝙ in teris etiam ſignificatū formale ſit
principaliꝰ quā materiale. nā p̄ncipale hoc ſi=
gnificatū formale dicunt eē ꝑ ſe ſig̅atū termini:
materiale vō ſig̅atū vocāt cognotatū et minus
p̄ncipale. vnde multi eorū allegatā auctoritatē
Ariſto. ſic exponūt. ꝙ albū ſolā qualitatē ſig̅at
principaliter: ſꝫ cognotat ſubſtātiā qualē: eam
minus p̄ncipaliter ſignificādo. M. Sed cū oīs
[Alia opio] propoſitio de ſubiecto cognotatiuo nunq̄ ſit ve
ra ꝓ formali eiꝰ ſignificato. vt hec albū currit:
melius dicūt noiales oppoſitū aſſerētes: ⁊ in ra
tione illa de ſilitudine in naturalibꝰ fallaciam
figure dictiōis aſſignātes: eo ꝙ fiat variatio de
rebꝰ ad terios. Fūdamētū eni tocius ſig̅atiōis
nois eſt materiale ſig̅atū eius: ꝓ quo de rigore
[Argumentum.] ſermonis ſtat ſemꝑ in ꝓpōne: et nunq̄ ꝓ forma
li. P. An regula illa quā ſuperius allegaſti mi
fernāde: vꝫ deficiēte cognotatiōe teri deficit ⁊
ſuppoſitio: poterit logicis realibꝰ hoc in loco ſu
fragari? A. Imo ſi cognotatio pro materiali ſi=
gnificatione ſumeret vt ipſi dicūt: regula illa vi
deret dare principalitatē materiali ſignificato.
P. Attamē capiendo cognotationē ꝓ formali
ſig̅atione: vt nos dicimus: ex dicta regula vide
[Solutio.] tur cōcludi qđ ipſi volūt de p̄ncipalitate forma
lis ſig̅ati. A. Nō cōcludit neceſſario: qꝛ tota ra
tio illius regule eſt ꝓpter cōditionalē cōnexio=
nē ſig̅atorū. fuit eni impoſitꝰ terinus cognota=
tiuus ad ſignificādū rem ſuā cū hac cōditione
ꝙ ipſa ſit talis aut talis qualē explicat cognota
tio. dicūt aūt legū periti ꝙ in cōtractibꝰ huma
nis cōditionalibus ſi nō impleat cōditio: nul=
la eſt obligatio cōtractus: qꝛ obligatio ſub cōdi
tione nō ligat ante impletā conditionē. l. cedere
diē. ff. de ver. ſi. l. legata. ff. condi. ⁊ de mō. l. i. C.
de condi. inſer. c. de illis ⁊ c. verū extra de cōdi.
appo. et no. in. c. nō ſolum. 32. q. 8. Eodēmodo
dicimus circa vocabulorū ipoſitiones. vñ nul=
[Argumentum.] la concludit p̄ncipalitas formalis ſig̅ati. M.
Quare ergo terius poni dr̄ in p̄dicamento ra=
[Solutio.] tione formalis ſignificati et non ratione mate=
rialis: ſi hoc eſſet p̄ncipale ſig̅atū? A. Quia om
niū p̄dicamentorū dicibilia poſſunt in eodē ſi=
gnificato materiali ꝯuenire: ideo ex illo nō ha=
beret diſtinctio p̄dicamētorū: ſed eo p̄ſuppoſito
vt p̄ncipali: inquirit p̄dicamentoꝝ diſtinctio ꝑ
formalia ſig̅ata teriorū. M. Optime dicis. nā
ſimile ē apud theologos qđ dicūt de p̄ncipalita
te ſenſus lr̄alis in ſacra ſcriptura. P. Suntne
oīno idem terius cognotatiuus ⁊ denoīatiuus?
A. Minime: ſed cognotatiuus in plus ſe hꝫ. nā
includit terios abſtractos et cōcretos: ſola autē
cōcreta dicunt denoīatiua. in p̄dicamentis ve=
ro accidētiū (que ex ſolis teris cognotatiuis cō
ſtant) nō ſolū ponunt cōcreta noīa: ſed etiā ab=
ſtracta. Imo Ariſtoteles in ſolis abſtractis ex=
p̄ſſit accidētiū p̄dicamēta: vt quātitatē: q̄litatē:
actionē ⁊c. P. Sequit textꝰ. cognotatiuorū ter [Textus.]
minoꝝ duo ſunt genera terius cognotās intrin
ſece ⁊ cognotās extrinſece. Intrinſece cognota=
tiuus terius eſt qui ſig̅at rem naturalē. ſ. mate
rialiter. A. Benedicis. P. Et cognotat ſpecia= [Intrinſece cognotans terminus.]
liter: hoc eſt de ſig̅ato formali ſig̅at aliquā eius
partē eſſentialē. vt rōnale: ⁊c. A. Huiuſmōi teri
ſunt oēs ⁊ ſole drīe predicamēti ſubſtātie. vt coꝛ
poreum: aīatū: ſenſibile: rationabile: ⁊ iſtarum
oppoſite: q̄ oēs rerū naturaliū formas ſubſtan=
tiales cognotāt: excepto corporeo de quo multi
dicūt ꝙ materiā non formā appellet. P. Vt q̄d
vero adiecit textus ſpecialiter? A. Vt exclude=
ret iſte terius pars ⁊ q̄dā eiꝰ ſpēs. q̄ lꝫ generali=
ter cognotēt omnē partē eſſentialē rei. tamē nō
cognotāt intrinſece ſꝫ extrinſece. cuiꝰ ſignū eſt
qꝛ pertinēt ad predicamentū relatiuorū in quo
nulla eſt intrinſeca cognotatio. Dicit aūt pars
eſſentialis alicuius rei eius materia vel forma
ſubſtātialis. vnde ſi aliqua pars rei ſit cōpoſita
ex materia ⁊ forma: vt caput ⁊ manus: nō dicit
pars eſſentialis ſed integralis. P. Capitatum
ergo et alatū nō cenſebis cognotare intrinſece.
A. Et recte quidē. cognotāt eni partes integra
les nō eſſentiales. Siſr correlariū potuiſſes in=
ferre de ſedēte: ſtāte: et iacente: q̄ cognotāt par=
tes organicas aīalis certo modo ſituatas. P.
Ex dictis etiā ptꝫ ſcđm mēbrum huius diuiſio [Extrinſece cognotās.]
nis vbi dr̄ Extriſece cognotatiuus terius ille dr̄
qui aliquo alio modo circa rem ſuā cognotat.
A. Tales teri ſunt oīa genera: ſpecies ⁊ indiui=
dua tam cōcreta quā abſtracta vltimorū nouē
predicamentorū. P. Dubium occurrit mihi de
iſto terio idem q̄ eſt ſpecies p̄dicamenti ad ali=
quid (vt aiunt) et tn̄ nō videt cognotare extrin=
ſece. cū nullā rem extrinſecā ſignificet ab eo pro
quo ſupponit. A. Soluit ꝑ inſtantiā de capita
to alato ſedente ⁊ iacēte que etiā nihil extrinſe
cū ſignificāt: et tamē ſunt teri extrinſece cogno=
tatiui: ad quos ſufficit ꝙ nō cognotēt ſpeciali=
ter materiā nec formā rei p̄ncipaliter ſignifica=
te. Ex preſſimis g̅ diuiſionibꝰ apparet diſtin= [Correlarium.]
ctio p̄dicamenti ſubſtātie a p̄dicamentis acci=
dentiū. nā ad p̄dicamētū ſubſtātie pertinēt ſo=
la dicibilia abſoluta directe: ⁊ dicibilia cogno=
tantia intrinſece lateraliter: ſꝫ ad p̄dicamenta
accidentiū ſola cognotatiua extrinſece attinēt.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Textus. quorũ ſubdiuiſiões ſequẽtes: illorũ predicamẽ
torũ diſtinctiões ad inuicẽ ꝑtendũt. Uñ ſeq=
tur textꝰ. ⁊ hic ſcʒ terius extrinſece cognotãs eſt
duplex. lege tu. P. Nã quidã talis ẽ poſitiuus
alter vero priuatiuus. A. Poſitiuus ideo dr̃ q̃
ponit ⁊ affirmat aliq̃d in re ꝑncipaliter ſiḡata.
priuatiuꝰ ꝑ oppoſitũ aufert: priuat ⁊ remouet.
P. Hoc eſt ḡ qđ dr̃. poſitiue cognotat qui aliq̃d
ad rem ſiḡatã pertinens adeſſe eidẽ ſiḡat. ſ. de
formali: vt vidẽs: diues ⁊c̃. Sʒ priuatiuus ter=
minus illud idẽ abeſſe ſibi cognotat. vt cecus:
Notandũ. paup ⁊c̃. A. Ex qua diuiſione accipe ꝙ i ꝑdica=
mẽtis accidentiũ quedã dicibilia ponunt̃ dire=
cte. et huiuſmõi ſunt oĩa poſitiua. Alia reducti
ue ⁊ per annexionẽ quãdã. vt ꝑuatiua: vñ in ꝑ=
dicamẽto quãtitatis directe ponunt̃ magnitu=
do ⁊ multitudo: ſʒ reductiue pũctꝰ et vnitas: q̃
hec illorũ ſunt ꝑuatiões: vt dr̃ tertio đ aĩa: at in
predicamẽto q̃litatis directe ſunt ſciens: ſapiẽs
et cetera. ſed indirecte ignorãs inſipiens ⁊c̃. ſimi
le eſt in alijs ꝑdicamẽtis. P. Poſitiuorũ itidẽ
alius cognotat rẽ ſuo ſiḡato inexiſtentẽ. A. Ut
pote accidens aut partẽ integralẽ. vt patebit in
exẽplis ſubdiuiſionis ſequẽtis. P. Alius autẽ
appellat aliqđ extrinſecũ quoquomodo ſe ha=
bens ad ipſum. A. Uidelicet aliã rẽ que nec eſt
pars nec accidẽs ſui ꝑncipalis ſiḡati. vt indica
bũt exẽpla ſubdiuiſionis mẽbri huiꝰ parũ ĩfra.
Notãdum Iſta vero diuiſio denotat diſtinctionẽ inter pre
dicamẽta quãtitatis: qualitatis: ⁊ ſitus ꝓ vna
parte: ⁊ ꝑdicamenta alia ſex ꝓ altera parte. P.
Uis dicere ꝙ teri illoꝝ triũ ꝑdicamẽtoꝝ ſiḡant
rem inexiſtentẽ. teri vero aliorũ ſex cognotãt rẽ
extrinſecam. A. Hoc intẽdo vt in pluribꝰ et pro
maiori parte taliũ teriorũ. P. Eorũ inſuꝑ q̃ rẽ
inexiſtentẽ deſignãt: alius cognotat partẽ rei i=
tegralẽ vnã aut plures. A. Tales teri ſunt tũ in
predicamẽto quãtitatis: vt bicubitus ternariꝰ.
tũ in quarta ſpecie q̃litatis. vt triangulus circu
lus. tũ etiã in ꝑdicamẽto ſitꝰ: vt ſedẽs: ſtãs. hec
enim oĩa vocabula partes rerũ cognotant inte
grales inexiſtentes. P. Alius aũt appellat ali
qđ accidẽs illi ſubiecto inherẽs. A. Huiuſmõi
teri pertinẽt ad predicamẽtũ qualitatis quãtũ
Dubiũ de reſpectibꝰ ad ſpecies aliq̃s. vt ſapiẽs: calidus: albꝰ ⁊c̃. P.
Et quare nõ ita bñ teri quãtitatis: ad aliq̃d: ſi=
tus: ⁊ alioꝝ appellabũt accidẽtia ſuis ſubiectis
in herentia ſicut teri ꝑdicamẽti q̃litatis: ex quo
oĩa illa nouẽ ſunt ꝑdicamenta accidẽtium? A.
Solutio. Equiuocatio accidẽtis multos illã ignorãtes
paralogiʒauit. Non enim ideo dr̃ ꝑdicamentũ
aliqđ accidẽtis: q̃ ſua dicibilia aliquo mõ rem
que eſt accidẽs ſignificent: ſed q̃ extrinſecã co=
gnotationẽ habeãt. hoc enĩ mõ accipit̃ accidẽs
in logica vt infra docebit q̃nta diuiſio ꝑncipa=
lis de ꝑdicabilibꝰ. Noſter autẽ ꝑceptor predica
mentorũ diſtinctionẽ ad varios modos ſiḡan=
di vocabulorũ artificioſe cõtraxit. vnde ꝓpter
nouẽ predicamẽta accidẽtiũ: nõ putauit diſtin
guendas eẽ nouẽ diuerſitates accidẽtiũ in rerũ
natura. ſed de his ſua expoſitio egregia in pre=
dicamenta Ariſtotelis te certiorẽ efficiet. mõ ꝑ=
ſice textũ huius ſecũde diuiſionis principalis.
P. Illorũ deniq̃ teriorũ qui rẽ extrinſecã deno
tant: quidã ſunt relatiui. A. Ex his ſolis cõfici
tur ꝑdicamẽtũ ad aliq̃d. quorũ q̃libet dr̃ ꝑ cor=
reſpõdentiã obliq̃ caſus in ordine ad alterũ ter
minũ ſibi correlatiuũ. vt pater ad filiũ ⁊ ecõtra:
dñs ad ſeruũ ⁊ ecõtra. P. Alij vero ſunt nõ rela
tiui. A. Quorũ quidã pertinẽt ad ꝑdicamentũ
actionis: vt comedẽs: bibens. Alij ad ꝑdicamẽ
tũ paſſionis. vt ꝑcuſſus: plagatus. Alij ad ꝑdi=
camentũ vbi. vt locatus in domo: in eccl'a. Alij
ſunt predicamẽti q̃ñ vt temporalis: hodie: heri.
Alij deniq̃ ꝑtinent ad predicamentũ habitꝰ vt
veſtitus: calciatꝰ: armatus. Horũ ḡ ſex ꝑdica=
mentorũ fere quodlibet dicibile materialiter ſi
gnificat vnã rem: et formaliter appellat aliã ab
ea extrinſecã. que due aliq̃liter ſe habẽt ad ſe in
uicẽ. vt pater ſiḡat aĩal generãs ⁊ appellat aliđ
aĩal genitũ: ſilr̃ comedẽs ſiḡat hoĩem: et appel=
lat cibũ et ſic de alijs ſuo mõ. M. Hactenus bo
ni filij de hodierno labore.

¶ Dies quartus de ſubiectis et predicatis q̃ſi
de logicalis he nuſperij luminaribus.

Ira profecto virtꝰ
animi nr̃i vel in ſomno maxime
apparet. Nã ligatis oĩbus ſenſi
bus ꝓpter ſpirituũ cõtractionẽ:
intellectus nõ minus imo q̃ñq̃
vehemẽtius argumentat̃ ad cognitionẽ verita
tis quam in vigilia: qđ impediri ſolet foriſecis
motibus occurrẽtiũ obiectorũ ſenſibilium. Ea
propter filioli mei aĩos veſtros a ſeculi huiꝰ tu=
multuoſis negocijs abſtrahite. nã q̃ eſtendo vt
Ariſtoteles dicit aĩus fit ſapiens: quidã etiam
catholicorũ ſapientũ dixit: ſapientiã ſcribe in tẽ=
pore vacuitatis: et q̃ minorat̃ actu percipiet il=
Laus somni nocturni lam. Si itaq̃ vos auditores quieti fueritis: nõ
ſolũ vigilãtes ꝑ diem acq̃retis ſapientiã: ſʒ etiã
nocturnus ſomnus in hac re vobis vtilis erit:
q̃ñ iterũ dormientibꝰ q̃etorũ occurrũt intẽtio=
nes rerũ que diurno ſtudio cõtẽplate ſunt. deꝰ
etiã ocultis q̃buſdã modis aĩam ſibi deuotã il
luſtrans: potius in ſomnio id agere ſolet. vnde
Iob. 33. per ſomnũ inquit in viſione nocturna
quãdo irruit ſopor ſuꝑ hoĩes et dormiũt in le=
cto: tũc apperit aures viroꝝ ⁊ erudiens eos in=
ſtruit diſciplia. A. Id ꝓfecto nõ nũq̃ mihi ac=



cidiſſe recolo limpidiuſq̃ tũc veritatẽ ꝑſpexiſſe
quam ſoleam alias cognoſcere. M. Tali itaq̃
Applicatio quarte diei. humani animi illuſtrationi: optime alludit lu
minarium et ſtellarum productio: q̃ die quar=
ta mercurij planete ſcientifici facta deſcribitur:
fecit enim deus duo luminaria magna et ſtel=
las: luminare maius vt preeſſet diei: ⁊ lumina=
re minus vt preeſſet nocti: ⁊ poſuit ea in firma=
mento celi: vt lucerent ſuper terrã ⁊ diuiderent
diem et noctem: per firmamentum (vt Augu=
ſtinus dicit) ſacra ſcriptura intelligitur iuxta
illud Iohannis in apocalipſi celum ſicut liber
inuolutus. Ideo conſequenter omnis alia ſcri
ptura veridica ſuo modo firmamẽtum dici po=
teſt: quia robur auctoritatis habet. In doctri=
na ergo logicali cuius firmamẽtũ eſt ſcriptura
Ariſtotelica: velut duo luminaria cẽſenda ſunt
propoſitionis logice ſubiectũ ⁊ predicatũ: ſub=
iectũ enim luminare minꝰ apparet: et predica
tum luminare maius: vt ex ipſis noĩbus ꝯſtat:
quare oportune multũ vobis indicit̃ hodie ex=
ercitatio ꝑncipalis de ſubiectorũ ⁊ predicatorũ
varietatibus. A. Facilis nobis ſeſe offert lectio
hodierna in tertia ⁊ quarta diuiſionibus prin=
cipalibꝰ que de terminorum adinuicem com=
Text' tertie diuiſionis principalis. parationibus prime ſunt. P. Ita mihi vide=
tur q̃ntum capere potui interlegendum. Termi
norum tam abſolutorum quam cognotatiuo=
rum ſi adinuicem comparentur: he octo ponũ
tur differentie: ſimilis: diſſimilis: ⁊ cetera. A.
Contingit enim octo modis terminum alteri
comparari: ſiue ille ſit cathegoreumaticus ab=
ſolutus ſiue cognotatiuus. nam poteſt aliquis
terminus eſſe alteri ſimilis in ſignificando: po
teſt etiam eẽ diſſimilis. Iterũ q̃ñ ponunt̃ in ꝓ=
poſitione: poteſt vnus eſſe ſubiectũ vel predica=
tum alterius: inſuꝑ ſi ad coordinationem pre=
dicamẽtalẽ refferantur: dicitur vnus terius ad
alium predicabile vel ſubicibile: demum poteſt
vnus terius cõplexus alterũ incõplexum decla
rare vel diffiniendo ipſum vel diuidendo. P.
Quadruplicẽ itaq̃ facis teriorũ comparatio=
nem ad ſeipſos: ſcʒ in ſignificãdo: in cõponendo
propoſitionẽ: in conficiendo predicamentalem
coordinationem: ⁊ in declarando ſuam ſignifi=
cationem: ex quarũ comparationum qualibet
duas comparatorũ differentias accipiens: eas
octo effeciſti ad intentionẽ textus: ſed age: pote
rũt ne pluries termini ad inuicẽ comparari: vt
multiplicior fiat in comparatis numerus diffe=
rentiarũ? A. Sane quidem. nam primo priorũ
Ariſtoteles terminos comparans enumerauit
tres has differentias: antecedẽs cõſequens ex=
traneum: ſed quia ille ad tertiam partem logice
ſpectabant: conſulto auctor noſter eas ſubticuit
ſolis octo contentus: que ad predicamentalem
logicam facere non nihil videbantur. P. Huic
tertie diſtinctioni terminorum duas videmus
ſubdiuiſiones annexas. prima eſt de terminis
ſimilibus ⁊ diſſimilibus: ſecũda de ſubiectis cõ
munibus ⁊ diſcretis. A. Dic de prima ſubdiui
ſione. P. Similis terminus alteri eſt qui eandẽ
rem et eodem modo ſignificat. A. Intellige de
modo ſignificandi materiali et formali. nam ſi
vnus terminus eſſet abſolutus ſignificans ali= De teris ſinonimis.
quid: ⁊ daretur alter terminus abſolutus ſigni
ficãs illud idem: tales protinus eſſent cẽſendi ſi
miles ⁊ ad hoc facit exemplum illud: Marcus
⁊ Tulius vel Cicero: hec enim maximũ illum
oratorem latinorum ſignificant. Si vero eſſent
duo termini cognotatiui pro eodẽ ſupponentes
et eodẽmodo cognotãtes: etiã dicerent̃ ſimiles.
vt patet de veſte et indumẽto: q̃ ſiḡant pãnum
⁊ cognotãt illũ eſſe aſſimilatũ in figura corpori
humano cui applicatur. Unde ſubdit̃ ꝙ tales
termini in logica ſolent etiã dici ſinonimi: dicũ
tur inſuper ijdem numero nomine: de quo vo=
cabulo infra: in quinta diuiſione. itidem vo=
cantur termini equiualentes ⁊ conſimiles. Se
quitur vna regula logicalis de iſtis: ꝙ in ſcien=
tijs ſemper vocabula ſinonima ꝓ eodem repu=
tantur. nam ſi quererẽ a te quid eſt hoc? et tu re=
ſpõderes: eſt veſtis. et ſi iterum percontarer q̃d
eſt veſtis: ⁊ tu etiam reſponderes ꝙ eſt indumẽ
tum: ſtatim audiens diceret ꝙ hoc idem eſt cũ
priore: ⁊ ꝙ nihil aliud dixeris quã prius: cũ ta=
men aliud vocabuluʒ protuleris a priore. nam
vt Ariſtoteles dicit in predicamẽto quãtitatis
quod ſemel dictũ eſt: amplĩꝰ reſumi nõ poteſt:
ſed talia vocabula licet diuerſa ſint: nõ incõmo
de pro eodẽ reputãtur: non quidẽ in natura rei:
ſed in officio ⁊ vtilitate eorũ. nam ſecũdum vo=
cabulũ ad idem penitus deſeruit vt ꝑmum: vn
de artifex eandẽ vtilitatẽ habet ex eo ſicut ſi re=
ſumeret primũ: ergo reputat illud eſſe idem cũ
primo: hinc eſt ꝙ licet milleſies ꝓferas hũc ter=
minũ homo ſemper idem dicis non realiter: ſed
equiualenter. P. Nunc clare intellexi textum
illum ſuperius nõ expoſitũ: cognotare appella
re: denotare: ⁊ deſignare: hoc loco ſinonima ſũt
vocabula. A. Intelliges inſuper ex dictis ꝓ q̃n
ta diuiſione principali: quomodo idem predi=
cabile vocale poteſt de multis ſubiectis predica
ri: quod quidam nõ aduertentes putarunt in=
diffinitione predicabilis neceſſario eſſe adden
dum ſecundũ ſe vel ſibi ſinonimum. Ualet etiã
hoc documẽtum pro diffinitione ſuppoſitionis
logicalis bene intelligẽda quã ſuo tempore ſci=
turus es. P. Sequit̃: diſſimilis terius alteri ter
mino eſt ille q̃ nõ vniformiter nec eadẽ ratione

De ſinonimis teris. cum coſignificat aliquid. Hoc ꝑ oppoſitum ad
terminos ſinonimos facile intelligetur: niſi ob=
ſtaret particula illa obſcura: nec eadē ratione.
A. Ratio hic pro modo ſigandi ponit̄: qui etiā
dici ſolet ratio ſigandi. Hic modus ſignificādi
duplex eſt: vt vidiſti: abſolut⁹ ⁊ cognotatiuus:
ſi ergo fuerint duo vocabula nō idem ſigantia:
dicunt̄ diſſimilia ⁊ nō ſinonima: ⁊ talia ſunt di
ſparata: vt homo ⁊ aſinus i abſolutis: corrupti=
bile et incorruptibile in cognotatiuis. Si vero
ſint duo teri idem ſigantes: ſed vnus abſolutus
alter cognotatiuus: vt hō et riſibile: aut vterq̄
cognotatiuus: ſed diuerſimode: vt riſibile ⁊ fle
bile: tales etiā ſunt nō ſinonimi: licet nō ſint di=
ſparati. P. Aperta eſt ḡ tota hec littera ſequēs
in hac ſubdiuiſione vbi etiā ponunt̄ due diffini
tiones diſparatorū: ⁊ nō diſparatorū terioꝝ. A.
Diſparati tn̄ teri hic large dicunt̄ etiā teri oppo
ſiti. nam ꝓpria acceptio diſparatorū et oppoſi=
torū in poſt predicamētis Ariſtotelis requirē=
da eſt. P. Vellē mihi dari exēpla in grāmatica
et logica de iſtius ſubdiuiſionis mēbris. A. In
grāmatica dictio ⁊ vocabulū ſinonima ſūt: ſimi
liter orō ⁊ cōſtructio: ſꝫ dictio ⁊ pars orōnis ſūt
nō ſinonima idē ſigantia: dictio aūt et orō ſunt
non ſinonima diſparata: ⁊ ſic de ceteris. In lo=
gica vero vidiſti ꝙ ſuppoſitio teri ⁊ materialis
ſignificatio idē ſunt: ſilr̄ cognotatio appellatio
et formalis ſigatio ſunt ſinonima: ſed terius et
propoſitio ſunt nō ſinonima diſparata: ꝓpō ve
ro ⁊ enūciatio: ſilr̄ terius ⁊ dicibile ſunt nō ſino
nima nō diſparata. P. Sed permixte loquēdo
de grāmatica ⁊ logica nulla: vt opinor: appare
bunt vocabula ſinonima. A. Vera eſt tua opi=
nio. nā dictio ⁊ terius nō ſunt ſinonima: ſilr̄ cō=
ſtructio et ꝓpō: varijs enim modis cōſiderāt de
ſermone iſti artifices. vnde vocabula eorum di
uerſos habēt modos ſigandi idem. Quare oīa
vocabula hinc inde ſibi correſpondētia erūt nō
ſinonima nō diſparata: et iſtorū infinitus pene
eſt numerus: et ꝓpter hoc cōuenientiſſime ſumū
tur ꝯparationes in logicā ex grāmatica ad in=
telligētiam dicēdorū. vnde ad ꝓpoſitū inſtātis
ſubdiuiſionis de ſinonimis ⁊ nō ſinonimis: fa=
ciunt vocabulorū cōuenientie ⁊ differētie apud
grāmaticos exq̄ſite: vt patet i Lauretio vallēſi
Tortelio: ⁊ Cornu copia: et alijs ꝑ multis. M.
Queſtio de modis ſigandi terminorum. Circa premiſſa ſi altius intonare libet optime
fernāde: dic q̄ res ſūt iſti mōi ſigandi terioꝝ. A.
Queſtio hec obſeruāde p̄ceptor lꝫ a pleriſq̄ tū
grāmaticis tū logicis agitata ſit: ꝓprie ad me=
thaphiſicā ꝑtinere videt̄ cū ex trāſcēdētib⁹ teris
formata ſit. M. Adde etiā ꝙ de idētitate ⁊ diſti
ctione teriorū ⁊ modorū ſigandi inquirat: ac ſi
apperte diceret̄. vtrū modi ſignificādi teriorum

ſint alique res ipſis terminis ſuperaddite tanq̄
eorum accidētia vel non? A. Scio in hac mate=
ria diſcordiam eſſe magnā doctorū: quā indo=
ctus diſcipulus nō modo nō teriare: verum nec
attētare debet: ſed (quod ſine termeriate fieri po
teſt) audire cupiat doctiorē qualē te accepimus
preceptorē. M. Audite ergo q̄d ō ꝓpoſita que=
ſtione ſenſerim. Methaphiſicorū enim peripa=
teticā profitētium doctrinā duo ſunt genera: q̄=
dam eorū libenter multiplicāt rerum diuerſita
tes iuxta vocabulorū multiplicitatē. Alij vero
quantū poſſunt paucitatē in rerū varietatibus
deffendūt in omni queſtiōe philoſophica. vnde
impremiſſa modorū ſigandi ambiguitate due
ſunt capitales opiniones methaphiſicorū p̄mi
generis. Nam dicūt quidā illorū ꝙ modi ſigni Pria opinio.
ficandi ſunt quidam reſpectus reales diſtincti
a dictionibus ſignificantibus: et hij ſunt qui ve
ritatem aut falſitatem ꝓpōnum relationes rea
les eē docuerunt. Alij vero eorū circa predicta Scđa opinio.
oīa relationibus rationis cōtenti ſunt. Prima
opinio bipartita eſt. nā aliq̄ ponunt iſtos mo=
dos ſigandi relationes reales tā in teris vocali
bus: ⁊ ſcriptis quā i mentalibus cōceptib⁹. Alij Tertia opinio.
ſolū in mentalib⁹: voces eni ⁊ ſcripturas deno=
minatione extrinſeca fatent̄ eſſe ſigantes veras
aut falſas: nō a modis ſigandi qui in eis ſunt:
ſed a modis qui ſunt in cōceptibus. Sūt itaq̄ Quarta opinio.
in hac materia quattuor opiones varie: quaꝝ
vltimā ſuſtinent methaphiſici ſecundi generis
negantes oēs relationes tā reales quā ratio=
nales ⁊ in vocibus: ⁊ in ſcripturis: ⁊ in cōcepti=
bus. P. Declara obſecro plixius ſingulas iſta
rum opinionū. nā multū heſito quomodo po=
nant̄ iſte relationes: ⁊ q̄ res: ⁊ vbi ſint. M. Pri Declaratio prime opinionis.
ma opinio aliqua p̄ncipalia puncta defendere
nittitur. primo ꝙ in cōceptibus mētalib⁹ qui= Primo.
bus noſter intellectus res cognoſcit: ſunt q̄dam
modi cōcipiendi vel intelligendi actiui realiter
diſtincti a cōceptibus: vt pote accidētia quedā
reſpectiua eorū: quibus refferunt̄ ad res intelle
ctas: ⁊ qꝛ omne relatiuū habet correlarium ſibi
correſpōdens. Ideo ſcđo dicūt ꝙ etiā in reb⁹ in= Scđo.
tellectis ſunt alij modi intelligēdi paſſiui: qui=
bus res fiunt cognoſcibiles: et illi etiā ſunt acci
dentia reſpectiua realiter diſtincta ab ipſis na=
turis rerū intellectarū. Tertio ꝙ ab iſtis modis Tertio.
intelligendi cauſant̄ in vocibus ⁊ ſcripturis q̄=
dam modi ſignificādi realiter diſtincti a termi
nis vocalibus ⁊ ſcriptis tanq̄ eorū accidentia:
ſed qꝛ ſunt relationes: cōſequenter in rebus ſi= Quarto.
gnificatis per tales terios: Ponūt q̄rto eē alios
modos ſignificandi paſſiuos correlatiuos mo=
doꝝ ſigandi actiuoꝝ quib⁹ res ipſe ſunt forma
liter ſignificabiles per terios. Sic igit̄ iſta opi=



nio oīa grāmaticorū ⁊ logicorū dicta de modis
ſigandi teriorū tam eſſentialib⁹ quā accidētali
bus ad iſtas relationes applicat: et per talia ac
cidentia ſaluat totū artificiū conſtructionis et
regiminis in grāmatica: et totam artē predica=
Opinionis ſcđe declaratio. bilium ⁊ predicamentorū in logica. Scđa autē
opinio a p̄ma differt ſolū in modis ſigandi vo
cum ⁊ ſcripturarū quos oēs negat: ſed in cōce=
ptibus cōſentit p̄me opinioni admittēs ei⁹ duo
Tertie declaratio. prima dicta. Tertia vero opinio ab vtraq̄ di=
ſcrepat negans oēs iſtos reſpect⁹ reales: ſed lo=
co eorū ponit relatiōes rationis loquēdo de eis
conformiter ad primā opinionē: que quidē re=
lationes nō ſunt vera accidentia licet denomi=
Declaratio quarte opinionis. nent ad modū accidentiū. Quarta demū opi=
nio oīa predicta fantaſtica reputās cōcedit mo
dos ſigandi nō eſſe alia entia realea vel ratio=
nis quā ipſas voces ⁊ ſcripturas ſignificantes.
Silr̄ dicit modos intelligēdi nil aliud eſſe quā
ipſos rerū cōceptus et notiones. P. Cōcedit ne
prima opinio ꝙ in hac dictiōe hō modus ſigni
ficandi ſit vnū reale accidēs ſicut albedo in pa=
riete vel calor in igne? M. Ita eſt: hoc excepto
ꝙ nō eſt accidens abſolutū ſicut albedo vel ca=
lor: ſed reſpectiuū: vt paternitas in aīali. P. At
tamē tam verū ⁊ reale accidens dicūt eſſe illum
reſpectū quā ſit albedo aut calor. M. Sed non
tam perfectū ens: qꝛ vt aiunt relationes ſunt i=
Cōtra primā opinionem. perfectiſſima entiū. P. Igitur cū illius teri ho=
mo ſit multiplex modus ſigandi. ſ. eſſentialis ⁊
accidētalis: q̄ multis modis variat̄: ſequit̄ ad
illā opinionē incredibilis aſſercio: ꝙ in hac vo
ce homo ſint innumerabilia accidētia realiter
diſtincta: vlꝫ ſignificatio abſoluta: ſubſtātiua:
qualitas appellatiua: ſpecies p̄mitiua: genus
cōe: numerus ſingularis: figura ſimplex: caſus
Contra ſecundam. noīatiuus: et tertia declinatio: et ſic de alijs plu
ribus ſine numero. A. Idem ſequit̄ ad ſecūdā
opinionē cū p̄ma de ꝯceptu eodē ⁊ infinitis mo
dis intelligēdi tū grāmaticalib⁹ vt induxiſti.
tum etiā logicalib⁹ et rethoricis: vt ſunt ſubie=
Cōtra tertiam. ctum predicatū: p̄dicabile: predicamētum: ſino
nimū: ⁊c̄. id genus. M. Nō minus onerata eſt
Cōtra eas ſimul primo. tertia opinio cū ſuis reſpectib⁹ rationis quos
eodēmodo multiplicāt ſup eandē vocē. P. Si=
milis illatio fieret imo incredibilior de re ſigni
ficata ꝑ illū terminū. in qua ſimul ponunt mo=
dos ſigandi ⁊ modos intelligendi oēs paſſiuos
predictis actiuis correſpōdentes: et quis vnq̄
Secundo. talia probare poſſet? vnde ve conſtare poſſunt
hec eē vera? A. Hec preterea mihi ſe ſe offert ra=
tio cōtra eas. nā in relatiuis (cū ſint ſimul natu
ra) deficiente correlatiuo: auferri neceſſe eſt re=
latiuum: ſed in multis reb⁹ ſignificatis nō ſunt
huiuſmodi relatiōes q̄ dicunt̄ paſſiui modi ſi=

gnificandi ⁊ intelligendi: patet tū qꝛ in deo nul
lum eſt accidēs. tū qꝛ i reb⁹ corruptis vl' nondū
genitis: vt adam et antixp̄o: nemo ponit rela=
tiones reales. tum etiā qꝛ res ipoſſibiles: vt chi=
mera: et tragelaph⁹ nulli forme ſubijci poſſunt:
ergo taliū rerum vocabula ⁊ cōceptus nō habēt
modos ſigandi ⁊ cōcipiendi actiuos: ⁊ pari ra
tiōe nec aliqua alia nomina. P. Nichil ex hoc Tertio.
haberes cōtra tertiā opinionē. A. Illa etiā mi=
hi nō apparet vera ꝓpter aliam rationē: qꝛ ille
relationes rationis ſiue actiue ſiue paſſiue ſecū
dum eos cauſant̄ ꝑ operationē intellect⁹ formā
tis conceptus ⁊ imponentis voces ad ſigandū:
ſed hoc expreſſe eſt cōtra veritatē et Ariſtotelē q̄
operationes intellect⁹ dicit eſſe imanētes ter=
tio de aīā ⁊ nono methaphiſice: non ḡ cauſat ali
quid in voce nec in re ſigata exterius. M. Dā=
nata eſt apud ſacros theologos ad idē ꝓpoſitū
erronea opinio auicenne de operatione fanta=
ſie humane in extranea corpora. P. Quid ad
me de tertia opinione q̄ nullā entitatē ſuperad=
dit termino ſiganti: cū ille relationes rationis
nihil ſint: talis inquā opinio parū videt̄ differ=
re a quarta in re ⁊ ſi vocaliter diſonent inter ſe.
A. Tota ergo lis pēdebit inter duas oppiniōes Iterū ꝯtra p̄mā opinionem.
primam et quartā: cōtra quarū primā ſic poſſe=
mus aduc inſtare. Nulla talis relatio realis de
bet poni in terio vocali adhoc ꝙ ſiget aliquid:
ergo neq̄ in ſcriptura: ꝯn̄a ꝓbatur ex Ariſtote=
le p̄mo perihermenias: q̄ ea que ſcribunt̄ ſubor
dinauit aliquo modo hijs q̄ ſunt in voce: ante=
cedens ꝓbatur duplr̄ p̄mo qꝛ talis relatio non
videt̄ ponenda tota in vna ſola lr̄a aut ſyllaba Pria rō.
dictionis vocalis: qꝛ ſic non tota dictio ſigaret.
cum ſolū illud ſignificet in quo ē ſigatio. nec eſt
ponenda tota relatio in tota dictione et tota in
qualibet parte: qꝛ hoc eſt p̄uilegiū formarū ſpi=
ritualiū de quarū numero eſt aīa rationalis et
accidētia q̄ in ea ſunt: iſta aūt relatio eſt forma
corporalis ⁊ extenſa. Nec videt̄ eē ponenda to=
to in tota dictione ⁊ pars in parte: qꝛ cum ſit for
ma ſimplex quelibet ei⁹ pars eſt hō genea toti
relationi q̄ eſt ſigatio: ſicut q̄libet pars lucis eſt
lux: vnde ſequeret̄ ꝙ in q̄libet lr̄a illius dictio=
nis eēt ſigatio: ⁊ ſic q̄libet ſigaret. prolata ḡ pri=
ma lr̄a aut ſyllaba dictionis iā res eſſet ſigata.
quod ē manifeſte falſum. nā oporteret dicere ꝙ
idem terius pluries eandē rem ſigaret. ſ. tociēs Scđa rō.
quot lr̄as aut ſyllabas haberet. Scđo probat̄
idem antecedens qꝛ iſta relatio q̄ ē mod⁹ ſigan
di nō eſt i voce niſi qn̄ eſt ipoſita ad ſigandū: ſꝫ
iſta vox hō quā quis modo ꝓfert in hac orōne
hō currit: nūq̄ fuit impoſita: ꝓbo qꝛ p̄mus im=
poſitor eam non impoſuit: cum ipſa non fuerit
vſq̄ modo ꝓducta in mundo: ⁊ ſic nō potuit in



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

illa cauſare aliquod tale accidēs: nec impoſuit eam iſte ꝓferēs: q̄ nō intēdebat iponere aliquā vocē cū dixit homo currit: ḡ ſequitꝛ ꝙ nunq̄ꝫ fuit in tali dictione cātū tale accidens reale per ſuā impoſitionē. P. Bene arguis ꝓfecto ſi ponderētur verba tua ad q̄ non niſi friuola dareꝛ euaſio.

*Tertia rō.* A. Cōtra paſſiuū iterū modū ſigādi q̄ ponitur in re ad hoc ꝙ ſignificeꝛ: argui poſſet clare ſic: qꝛ iſta dictio modus ſigandi paſſiuus ſignificat illā rem ꝑ ſe: quero ergo an in illa relatione ſit alius modus ſigandi paſſiuus quo ſignificeꝛ per talē dictionē vel non: ſi ſecundū: pari ratione ſtādū fuit in re cuius eſt ille modus: ꝙ poterat ſigari ſine illo modo. ad minus iā cōcederetur aliqua res ſe ſola ſignificari a dictiōe et ꝑ conſequēs dictionē ſe ſola talē rem ſignificare: ſi primū: ergo erit ꝓceſſus in infinitū in modis ſignificandi paſſiuis q̄d eſt preter oēm artē. Simile argumentū fieret de modo intelligendi paſſiuo qui etiā poniꝛ in eadē re. P. Occurrit tibi aliqua breuis ratio etiā cōtra modū intelligendi actiuū quem ponunt in cōceptu ſignificante due pˀme opiniones.

*Quarta ratio.* A. Facilius hoc impugnabiꝛ quā cetera oia: nā cōceptus quilibet cū ſit expreſſa ꝛ ꝓpriſſima rei ſigate ſimilitudo: ſuapte natura ꝛ non ꝑ aliquid aliud debet cōcedi ſigare rem exteriorē: ſicut albedo ſe ipſa ꝛ nō per aliam formā albefacit corpus. forme eni naturalis nō eſt alia forma ad hoc q̄d naturaliter agat. nō ergo debet poni in cōceptu mētali aliquis modus concipiendi ad hoc ꝙ res ꝑ ipſum cōcipiaꝛ ab intellectu. P. Ultima opinio igiꝛ mihi ꝓculdubio videꝛ melior niſi aliqua contra eā fortiora emergāt argumēta. A. Due rationes pˀcipue ingerūt circa eam difficultatē mihi inextricabilē.

*Cōtra q̄rtā opionē pˀma ratio* Prima ratio eſt qꝛ impoſſibile eſt aliq̄d trāſire de predicato ꝯtradictorio ad cōtradictoriū ſine mutatione qua aliq̄d acq̄ratur vel deperdaꝛ: ſed vox ꝑ impoſitionē tranſit de non ſigante ad ſignificantē que ſunt predicata cōtradictoria: ḡ oportet dicere in voce eſſe factā quandā mutationē acquiſitiuā vel deperditiuam: ſed nō videꝛ quid ibi perdaꝛ in voce cū imponiꝛ: ḡ acquiriꝛ in ea aliquid: et illud voco modū ſigandi.

*Scd̄a rō.* Scd̄a ratio ad idem: qꝛ ſi modˀ ſigandi vocis nihil aliud ſit quam vox ſigans: cū talis vox potuit formari anteq̄ꝫ imponereꝛ: ergo ante quā fuerit ad ſigandū impoſita erat iam modus ſigandi eius: ꝛ ſic poterat congrue regere aliā: et regi ab alia voce: ꝛ cōſtrui ex talibus oratio cōgrua ꝛ ꝓpō vera: que oia ſunt manifeſte falſa. nā ante quā imponereꝛ hec vox homo nec erat nomē: nec verbū: nec erat plus nomen ſubſtantiuū quā adiectiuū: nec tertie declinatiōis: nec numeri ſingularis: et ſic de alijs:

*Tertia* Confirmatur iſta ratio qꝛ pˀmus impoſitor q̄n iſtam vocē impoſuit vel fecit aliquid vel nihil: ſi nihil fecit i ea: ergo nō impoſuit eam ad ſignificandū: q̄d implicaret cōtradictionē: ſi fecit aliquid: non videꝛ quid aliud a modis ſignificādi quos ponit pˀma opinio.

*Quarta ratio.* Itē ſi modus ſignificandi eſſet ipſa vox: ſequereꝛ ꝙ fere oēs locutiones grāmaticorū ꝛ logicorum eſſent falſe. cū dicant genus vel caſum nois: tempus vel perſonam verbi: ſuppoſitionē vel appellationē termini: et ſic de alijs talibˀ: que tamē cōiter cōcedūtur ab oibus cum ſint habite a peritiſſimis auctoribˀ: ꝓbo cōſequētiā qꝛ nunq̄ꝫ locutio tranſitiua eſt vera niſi ſit diſtinctio rerū ſignificatarū in ea.

to abſtractiue q̃uo intellectus ex noticia ꝯcreta
duarū rerū cōiūctarū abſtrahit τ ſeparat duas
noticias ꝓprias illarū: ſicut de ſubſtātia τ acci
dente: τ de diuerſis accidētib² ſimul exiſtētib²
in eodē ſubiecto: vt pt; ſcđo phiſicoꝝ: ſil'r ex ꝓ=
prijs noticijs diuerſarū rerū aliquomodo con=
uenientiū abſtrahit vnā noticiā cōem eis oibus
pt; p̄mo de aia. Quito cōcomittanter: nā ſi due
res vel ſemꝑ vel frequēter ſeſe cōcomittanẗ aut
nāliẗ aut alio mō: itellect² habita noticia vnius
caꝝ ſtatim venit ad noticiā alterius: vñ dr̄ p̄mo
de aia ꝙ accidētia magnā partem cōferūt ad co
gnoſcendū ſubſtātiā: ſil'r conceptus vocis ducit
ad conceptū rei ſig̃ate. Sexto per ſimilitudinē:
nā vno ſimiliū cognito ſtatim intellectus venit
in noticiā alterius: ſicut ex niue in farinā. Se=
ptimo per ꝯtrarietatē ſicut ex frigore innoteſcit
calor: vltimo ex noticijs icōplexis ſine argumē
tatione formaẗ noticia cōplexa propoſitionis:
vt patet de primis principijs ex primo τ ſcđo po
ſterioꝝ. P. Exempla noſtri textus videnẗ per=
tinere ad q̃ntum modū de cōcomitātia: vel ad
ſextum de ſil'itudine. A. Gemit² infirmi repre=
ſentat dolorē ꝑ cōcomitiā: ſimiliter fumus ignē:
ſed veſtigium ſig̃at aial per ſimilitudinem ali=
qualē: τ ad hunc modū pertinet qđ diciẗ ꝙ ois
effectus naturaliter ſig̃at ſuam cauſam: ſc; effi
cientē: nā oīe agens ꝓducit ſibi ſil'e vel in ſpe=
cie vel in genere vel in aliqua analogia: et hoc
modo dicūt theologi ꝙ ois creatura dei aliquo
modo repreſēdat deū ſaltē ſicut veſtigium: iu=
xta dictū apoſtoli ꝙ inuiſibilia dei ꝑ ea que fa=
cta ſunt intellecta cōſpiciunẗ. Qđ vero dr̄ ꝙ ois
res naturaliter ſe ipſam ſig̃at: ad primū modū
pertinet: q̃ longe differēs eſt ab alijs ꝑ hoc ꝙ ille
pertinet ad p̄mariā noticie acq̃ſitionē τ produ=
ctionē: alij aūt magis faciunt ad noticie habite
rememorationē. P. Hoc nimirū diſtinguit lr̄a
ſequēs: ducere inquit in alterius rei noticiam
eſt vel de nouo ipſam in aia cauſare: vel iā exi=
ſtentē recolere. A. Ois itaq̃ res huius mundi
ex natura ſua apta eſt cauſare in potētia perce=
ptiua ſuā ſil'itudinē ꝑ quā cognoſcaẗ. Et talis
noticia imediate cauſata a re cuius ē noticia ē (Noticia intuitiua τ abſtractiua.)
oim ꝑfectiſſima q̃ dr̄ intuitiua τ clara: ſ; cauſaẗ
q̃ñ rei noticia mediāte alia noticia alteri² rei ꝑ
aliquē modoꝝ ſupradictoꝝ: diciẗ noticia ab=
ſtractiua que ē minus perfecta: τ talem habere
poſſumus naturaliter đ deo τ de angelis ex mo
tibus celoꝝ τ alioꝝ corporum inferioꝝ: nō au
tem noticiam intuitiuā. P. Concedis ergo ꝙ
vna res poteſt cauſare de nouo noticiā alterius
rei: ꝙ tamē non erit per primū modū cauſandi
ſed vel elicitiue vl' abſtractiue vel ex ſil'itudine.
A. Semper cum vna res cauſat alterius noti=
ciam diciẗ eſſe obiectiue: nā in ea quodāmodo
alia apparet et obiciẗ intellectui: poſſunt enim
illi tres modi ad p̄mū reduci. P. Colligamus
ergo ex predictis ꝙ oīs res cauſans vel reme
morans aliquā noticiā in aia dicitur naturali
ter ſignificare aliq̃d aie: q² ducit in noticiā ei²:
τ hoc eſt cōmuniter τ large loqui de ſignificare
naturaliter. Sequiẗ aliud membrū. Naturali
ter proprie illud ſolūmodo ſignificat quod eſt (Naturaliter ꝓprie.)
rei ipſius diſtincta et propria ſimilitudo repre=
ſentatiua: vt conceptus mentis: et imago ſpe=
culi. A. Hoc eſt proprijſſime accipere vocabu=
lum ſic ꝙ ſignificare naturaliter dicatur quod
eſt ipſa rei noticia exiſtens in anima: que eſt ſi=
militudo rei expreſſa in anima: ſicut exterius

ymago hoīs in ſpeculo puro: dicit̄ eius propria
ſilitudo ex ſua natura hoīem repreſentans: ſed
de iſta materia audiamus p̄ceptorē quedā no=
tanda exponētē. M. Duo ſunt hic p̄cipue inq=
renda. Primū ē de neceſſitate ponēdi huiuſmo
di ſilitudinē rei in anima ad hoc ꝙ intelligat.
Scđm eſt de natura ⁊ cōditiōibꝰ talis forme in
aīa exiſtentis. A. De p̄io nunq̄ꝫ dubitarūt niſi
illi q̄ oīa volunt ſaluare cū paucitate rerū: ideo
querūt vnde pōt cōſtare tales formas eē in aīa:
⁊ ſi poſſet bene defendi ꝙ aīa per ſuā eſſentiā co
gnoſcat obiectū p̄ſentatū ſibi a quo ip̄a nihil re
cipiat. Circa ſcđm merito dubitari pōt an ſicut
albedo ex natura ſua eſt talis forma ⁊ nō poteſt
aliter ſe habere q̄n ſit albedo: ita ſilitudo illa ex
natura ſua ſit cōceptus ⁊ noticia rei: ſic ꝙ nūq̄ꝫ
aliter ſe poſſit habere q̄n ſit noticia ⁊ cōceptus.
Et dato ꝙ nō ſe habeat ſicut albedo: eſt dubiū ꝑ
q̄d ḡ habet ꝙ ſit noticia ⁊ cōceptus? M. Ad elu
cidationē primi eſt ſupponendū ꝙ (cum imouē
tibus ⁊ motis non ſit ꝓceſſus in infinitū: ſed ſit
ſtatus in vno mouēte immobili) intellectꝰ diui
nus differt ab intellectu creato ꝑ hoc ꝙ ille ē in
ſuppremo gradu intellectualis nature ſicut pri
mū mouens imobile inter mouētia: vnde opor
tet ꝙ ille intellectus ſit actus purus intelligens
per ſuā eſſentiam ⁊ nō recipiens cognitionē ab
aliquo alio: q2 niſi ſic nō eſſet p̄ncipium in na=
tura intellectuali. Ideo ille intellectꝰ eſt ſua no
ticia vel cōceptus: nec indiget ꝑfici ab alio effe=
ctiue aut formaliter: ſed alij intellectꝰ creati ſi=
cut indigent moueri ⁊ ꝑfici ab alio effectiue: ita
⁊ formaliter: ⁊ hoc eſt verū tam i angelis ſuppre
mis q̄ꝫ medijs ⁊ infimis: etiā deſcēdendo ad in=
tellectū humanū q̄ infimus eſt in natura intel
lectuali: ſicut materia i ordine eſſentiali ſubſtā
tiarū: vnde quidā ſapiēs dixiſſe repperit̄ ꝙ aīa
noſtra eſt in horizante eternitatis ideſt infimū
locū tenēs inter naturas ſpūales eternas: ſicut
horizon eſt infima linea⁊ hemiſperij: quare ſe=
quit̄ ꝙ intellectꝰ angeli erit ſicut motū mouēs:
ſꝫ intellectꝰ hoīs ſicut motū nō mouēs: q2 ange
lus: lꝫ nō ſit actus purus ſed recipiat ꝑfectionē
intelligibilē a deo: tamē fuit creatus in actu ha
bens noticias rerū a deo ſibi inditas: ſed intelle
ctus hoīs fuit creatus in pura potētia ad intel=
ligendū ſicut tabula raſa in qua nihil depictū
eſt: ideo Ariſtoteles in ſcđo de aīa probat ꝙ ſen
ſus eſt potētia paſſiua: ⁊ hoc idē ꝓbat libro ter=
tio de intellectu. Hoc itaq̄ꝫ ſuppoſito ponuntur
due cōcluſiones ad primū dubiū: p̄ma eſt de ob
iecto intellectꝰ talis: ꝙ nulla res cognoſcibilis
ab intellectu creato ē ſua formalis noticia qua
cognoſcit̄ ab eo: hoc eſt nihil cognoſcit̄ imedia
te per ſuam eſſentiā: ſed per noticiā que realiter

*Duo du=bia de cōceptibus.* — *Ad primū dubium.* — *Notabile methaphiſicum.* — *P̄ria concluſio.*

differt ab ipſo cognito: ꝓbat̄ q2 ſilis eſt modus
cognoſcēdi oīa obiecta q̄ꝫtū ad hoc: ſed clarum
eſt ꝙ lapis vel alia res extra aīam nō eſt forma
lis noticia ſui ipſius: dicit̄ eni in tertio de aīa la
pis nō eſt in aīa: ſed ſilitudo eius: ḡ ita in quo=
libet obiecto cognoſcibili. Ex quo ſequit̄ ꝙ etiā
in ipſis cōceptibꝰ ⁊ noticijs aīe ſit neceſſariū for
mare alias noticias ad cognoſcendū p̄mas no=
ticias: ⁊ illas noticias noticiarū vocāt noticias
reflexas. Scđa cōcluſio eſt de intellectu: ꝙ nullꝰ
intellectus creatus eſt formalis noticia qua ip̄e
aliq̄d cognoſcit: hoc eſt ꝙ nullus talis per ſuam
eſſentiā eſt cognoſcens: ꝓbat̄ q2 nullus eorū eſt
actus purus: ḡ indiget ꝑfici formaliter per noti
cias rerū ſibi inherētes. Ex quo ſequit̄ ꝙ intel=
lectus diuinus q̄ eſt purus actꝰ ꝑ ſuam eſſentiā
eſt cognoſcēs: ⁊ ſicut dicit Ariſtoteles duodeci=
mo methaphiſices: in deo idē penitus eſt intelli
gens intelligere ⁊ quod intelligitur: vnde nul=
lus actus reflexus eſt concedēdus in intellectu
dei in quo idem eſt ſui ipſius noticia. Has du=
as cōcluſiones petrus aliacenſis ſuper tertio de
aīa vnica iſta cōprehēdit: oīs inquit cognitio
affectio: aut volitio nr̄a: ſiue eiꝰ obiectū ſit ip̄m
met cognoſcens: ſiue aliq̄d ab eo diſtinctū: aut
in eo exn̄s: aut extra ipſum: ei p̄ns vel abſens:
eſt ab ipſo cognoſcente: ⁊ ab ipſo obiecto reali=
ter diſtincta. Ex qua infert tale correlariū: ꝙ
nulla cognitio: aut volitio nr̄a eſt ſui ipſius co
gnitio: aut volitio diſtincta: licꝫ forte poſſit eſſe
cōfuſa: qđ dicit vt oppinor ꝓpter cōceptum trā
ſcendentē vt ens. A. Clara eſt mō rn̄ſio ad obie
cta ⁊ q̄ſita per alios: nā dicemus ꝙ ex iperfectio
ne intellectus humani ſatis ꝓbabiliter cōſtat
nobis eſſe ponendas hmōi forās in aīa q̄bꝰ per
ficiat̄: vt ſit actu cognocēs: ab obiecto: vt ꝓbat
Ariſtoteles tertio de aīa: vn̄ nō multū ꝓbabilit̄
deffendi poſſet: ꝙ aīa ꝑ ſuā eſſētiā cognoſcat ob
iectū etiā ſi nihil ab eo recipiat. M. Qui oppo
ſitā ſuſtinēt oppinionē dicūt p̄mo: ꝙ ex q̄ nr̄a
deteriatio nō ꝓbatur euidēter: poſſet ſuſtineri
ꝓbabiliter: ꝙ aīa nr̄a cognoſcat ſe ipſam vel ali
quā aliā rem puta deū vel angelū nullo alio po
ſito preter potentiā ⁊ obiectū: tū q̄a aīa per ſuā
eſſentiā eſt intellectiua: tū q2 intelligere eſt mo
ueri intētionaliter: ſed deffendit̄ ꝓbabiliter ꝙ
motus corporalis nō differt a mobili vel a ſpa=
tio: ergo etiā pōt idē deffendi de iſto motu inten
tionali. Dicūt ſcđo ꝙ noticia ſcđꝫ iſtā viā aliq̄n
eſt ipſa potētia aliq̄n obiectū. nā ſi obiectū ſit ꝑ=
fectiꝰ potētia ⁊ cognoſcat̄ clare: illud eſſet cogni
tio: ſꝫ non oportet ſi enigmatice: ſi vero obiectū
ſit minus vel eque ꝑfectum potētie: tunc (cū po
tētia illud cōtineat eminēter ſeu ꝑfectionaliter)
ipſa potētia erit cognitio vel notitia. Ex his di=

*Correlarium.* — *Scđa cōcluſio.* — *Correlarium.* — *Blaſ…nio.*



cūt tertio ꝙ intellectꝰ nr̄ ſcđm iſtā oppinionem
per ſuā eſſentiam nō pōt clare cognoſcere deum
aut angelū: poterit tn̄ per ſuā eſſentiā cognoſce
re ſe ipſum ⁊ q̄dlibet ſue ſpeciei ⁊ q̄dlibet citra
ſuā ſpeciē. Sed his nō obſtātibꝰ ꝓbabilior eſt
nr̄a opinio dicens ꝙ intellectꝰ creatꝰ q̄cq̄d co=
gnoſcit: per notitiā diſtinctā a ſe ⁊ ab obiecto il
lud cognoſcit. A. Ita apparet oibꝰ doctis cōit̄.
M. Hac itaq̄ꝫ opinione ſuppoſita ꝓ ſcđo pun=
cto notent̄ ſeq̄ntes ꝓpōnes: p̄ma eſt: ꝙ licet oīs
notitia ſe ipſa ſit ſilis obiecto ab ea diſtincto et
per eā cognito: tn̄ nulla talis q̄litas eſt intrinſe
ce ⁊ eſſentialiter notitia: ſed per habitudinē eiꝰ
ad aliq̄d aliud: p̄ma pars ꝓbat̄ q̄a niſi ſic: ipſa
nō repn̄taret directe et immediate obiectū: ſed
magis illud per q̄d ip̄a eſſet ſilis obiecto: q̄d eſt
manifeſte fl̄m: nō eīn ſig̃caret rem naturaliter:
ꝓpter vt oēs concedunt: hoc etiā ꝓbatū eſt ſu
pra in q̄ſtione d modis ſig̃cādi. Unde ſummit̄
efficaciſſimū argumētū: ꝙ reſpectus nō ſunt di
ſtinguēdi a rebꝰ abſolutis: q̄a qua rōne inter
cōceptū ⁊ rem cuiꝰ eſt: nō ponit̄ aliqua media
ſilitudo: ſic nec inter quecunq̄ꝫ duo alia entia: ⁊
ſicut nō eſt ponēda ſilitudo diſtincta: eadē rōe
nec aliq̄s aliꝰ reſpectus: nō eīn loq̄bat̄ Ariſto=
teles de reſpectu q̄n dixit tertio de aīa: ꝙ ſilitu=
lapidis eſt in aīa: ſed de his alias. Scđa pars
ꝓbatur: q̄a illud q̄d eſt intrīſece ⁊ eſſentialiter
tale nō eſt poſſibile ipſum eſſe in mūdo q̄n ſit ta
le: patet de hoīe q̄ eſſentialiter eſt rōnalis: patet
de albedine calore ⁊ alijs talibus: ſed oīs talis
qualitas poſſet in eſſe cōſeruari q̄n nō eſſet noti
tia vel cōceptꝰ: patet ſi ſepararet̄ a ſubiecto mi=
raculoſe: vel poneret̄ in ſubiecto inaīato nō vi=
taliter ꝑceptiuo: tūc eīn nulla potentia cogno=
ſceret rem ꝑ tale accidens: ḡ illud nō eſſet cogni
tio: cōceptꝰ: vel notitia alicuiꝰ rei. Tertia pars
ſeq̄tur ex predicta ſcđa: habet eīn illa q̄litas ꝙ
ſit noticia vel cōceptus per hoc ꝙ aliquo mō ſe
habet ad potentiā cognitiuā. Pro cuiꝰ euiden
tia ſit hec ſcđa ꝓpō: ꝙ hmōi qualitas vel ſilitu
do rei per hoc ſolū eſt notitia ⁊ cōceptus eiꝰ q̄d
eſt ab intellectu effectiue: ⁊ recepitur in eo infor
matiue: ⁊ neutrū hor̄ ſine altero ſufficit: prima
pars ꝓbatur q̄a cū hoc nō cōueniat illi per de=
nominationē intrinſecā: ſed per habitudinē ex
trinſecā ad intellectū: nō pōt melior dari habi=
tudo quā iſta duplex: ſcilicꝫ cauſalis ⁊ effectua
lis: ideſt ꝙ illa q̄litas ſit cauſa formalis in for=
mās intellectū: ⁊ ꝙ ſit effectus ab intellectu pro
ductus effectiue: licet intellectꝰ nō ſit cauſa to=
talis: ſed partialis eiꝰ cū obiecto exteriore. Pro
batur tn̄ ſingullatim de qualibet illarū cōditio
num: ꝙ eīn req̄rat̄ habitudo effectualis illius
forme ad intellectū: patet: tū q2 ꝓpter deffectum

*Ad ſcđm dubium. Prima cōcluſio.* — *Correlarium.* — *Secūda cōcluſio.*

huiꝰ habitudinis dicimꝰ ꝙ lapis vel aliud ob
iectū intellectui p̄n̄tatū nō eſt notitia de ſe ipſo
ita bn̄ ſicut qualitas illa ꝓducta ab ipſo intelle
ctu: tū etiā q̄a cū intelligere ſit ꝑfectionis: iſta
perfectio magis attribuenda eſt intellectui nr̄o
ſcđm rōnem efficiētis: quā ſcđm rōnem ſubiecti
vel patiētis: cū ceteris paribus nobiliꝰ ſit agere
quā pati: ⁊ efficere quā informari: ſed vt ꝓba=
bitur ſtatim intelligere cōuenit intellectui ſcđꝫ
rōnem ſubiecti patientis: ⁊ informabilis: ḡ re=
quiritur iſta habitudo. Qđ autē req̄rat̄ habi=
tudo cauſalis formalis: ideſt ꝙ talis q̄litas in=
formet intellectū: probat̄: tū q̄a ꝓpter huiꝰ deffe
ctum nō dicimus ꝙ accidēs exn̄s in aere vel ali
quo alio ſubiecto exteriore ſit notitia vel cōce=
ptus: tū etiā q̄a nihil denoīatur formaliter tale
niſi per hoc ꝙ recipit in ſe ꝑfectionē illā qua de
nominat̄: vt qđ eſt albū habet in ſe albedinē: ḡ
intellectus formaliter intelligens habet in ſe in
tellectionem informātē ip̄m. Hec inſup tota pri
ma pars eſt de mēte Ariſtotelis expreſſe q̄ tertio:
de aīa ꝓbat intellectū nr̄m eſſe agentē ⁊ patiē=
tem ſimul. Scđa pars ꝓbat̄ ſigillatim: ꝙ enim
nō ſufficiat ſola p̄ma habitudo: ſcilicet effectua
lis probat̄: tū q̄a ſtat illā q̄litatē fieri ab aliq̄ et
nō eſſe notitiā illi aut alteri: patet ſi deus ſolus
cauſaret illā ſine ſubiecto: vel pōeret illā in ſub
iecto iaīato: ſi ḡ ex cauſalitate p̄me cauſe p̄ciſe
nō hēt illa forma ꝙ ſit notitia vel ꝯceptꝰ: multo
minꝰ nec ex cauſalitate effectiua alteriꝰ cauſe
ſcđe: quia cauſalitas dei multo magis pōt dare
talē denoīationē quā alia quecūq̄ꝫ cauſalitas:
tum etiā q2 obiectū cauſat effectiue partialiter
illā formā ſicut intellectꝰ: ſed tn̄ ab eo preciſe nō
habet ꝙ ſit noticia: vt de ſe ꝯſtat: ergo nec ꝑ hoc
ſolum ꝙ eſt ab intellectu effectiue: verū tn̄ eſt ꝙ
nō eſt poſſibile naluraliter illā qualitatē effici
ab intellectu q̄n recipiat̄ in eo: cuꝫ nō agat niſi
actiōe imanēte: ſed ſimpliciter poſſibile eſt vnū
ſeparari ab alio: in quo caſu vera eſſet hec ſecū
da pars nr̄e ꝓpoſitionis. Qđ aūt non ſufficiat
ſcđa habitudo: ſcꝫ formalis: ꝓbatur: tū q2 nullū
accidens cōicat ſuo ſubiecto ꝑ informationem
preciſe qđ ipſum nō habet de ſe eſſentialr̄ ⁊ intri
ſece: ſed illa qualitas de ſe non habet intrinſece
ꝙ ſit noticia: vt dixit p̄ma ꝓpō: ergo ꝑ ſolam in=
formationē nō hꝫ ꝙ ſit noticia: tum etiā q2 ſi tale
accidēs informaret ſubiectū nō viuēs: nō eēt no
tia vel cōceptus: ḡ idem qđ prius: relinquit̄ er=
go tota hec propoſitio ſcđa vera: ſcꝫ ꝙ ad hoc ꝙ
qualitas illa q̄ eſt ſilitudo rei in aīa ſit noticia
eius req̄ritur ⁊ ſufficit ꝙ ſit ab intellectu cauſa=
liter effectiue ⁊ ſit in eo formalr̄ intrīſece. Sic au
tem ſe habere ad intellectū eſt vitaliter imutare
illum vel eſſe vitalē imutationē. Tertia ꝓpoſi=

*Tertia cōcluſio.*



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tio ſequitur ex ſcđa talis: ꝙ intellectu humano
nihil ꝓducēte deꝰ ſe ſolo nō pōt in eo cauſare no
ticiã vel ꝯceptũ: lꝫ q̄cq̄d ipſe agit cũ cauſa ſcđa
poſſit agere ſe ſolo. Hec ſecũda pars ſupponiť
q꞉ ab oibꝰ cōceditur loquēdo de cauſalitate ef=
fectiua: ſed ꝓbatur pⁱma pars ex ꝯcluſione ſcđa:
q̄a in caſu illo qualitas talis nō eſſet ab intelle
ctu effectiue: ḡ nō eēt ei noticia licet eſſet vera ſi=
militudo rei in aīa. A. Hoc ꝓpter appellationē
formalē predicati dictũ eſt: quare cōcedemus ꝙ
licet deꝰ ſe ſolo nō poſſit cauſare noticiã in aīa:
tamē oēm noticiã in aīa ſe ſolo deꝰ pōt cauſare.
M. Verũ eſt: ſunt tñ quidã qui indifferenter il
las duas cōcederent tenētes oppoſitũ huiꝰ pⁱme
partis tertie ꝓpōnis. Nos vero ad minꝰ de co=
muni curſu nature eã ꝓpōnem verã cenſemus:
licet miraculoſe alia opinio vera appareat de
notitijs cōcreatis in angelis: ⁊ de infuſis tã pro
phetis quã Apoſtolis: de quibꝰ dicit beatꝰ Pe
trus ꝙ nō volũtate humana allata eſt ꝓphetia:
ſed ſpiritu ſancto inſpirati locuti ſũt ſancti dei
hoies. A. Si ex ſcđa pte huiꝰ ꝓpōnis q̄s iferret
oppoſitũ prime partis: quomō poſſet dari argu
menti deffectus. M. Per fallatiã figure dictio
**Quarta concluſio.** nis mutãdo q̄d in quale vel i ad aliq̄d. Quar=
ta ꝓpō etiã ſequiť ex dictis hec: ꝙ eſſentia diui
na nec defacto: nec de poſſibili debꝫ dici noticia
alicui intellectui creato quãtuncunq̄ ſit ei pñs
⁊ intrinſeca. Probať q̄a illa non poteſt habere
ad intellectũ creatũ aliquã dictarũ habitudi=
num cũ ſit prima cauſa ſimpliciter in depēdēs
ab alia cauſa effectiue: ⁊ ſit maxime per ſe ſubſi
ſtens nulli inherere potēs nec in formare. Pri=
ma tamē pars huiꝰ ꝓpōnis eſt deteriata i qua
dam extrauagãte dñi bñdicti vndecimi loquē=
tis de beatitudine formali ſanctorũ in paradi=
ſo: ſilr̄ dicũt oēs theologi contra magiſtrum
ſententiarũ ꝙ ſpũs ſanctꝰ nō eſt creature chari
tas formalis. Scđa etiã pars ad impoſſibile ſic
probať: q̄a alias ſequereť ꝙ aīa xp̄i poſſet perfe
ctius ⁊ meliꝰ eſſe beata quã ſit: q꞉ perfectiꝰ eſſet
videre deũ per eſſentiã diuinã formaliter q̄ per
qualitatē creatã in formãtem accidētaliter: cō=
ſequens oibus videť abſurdũ: ergo ꝓpō eſt ve=
ra. Et ſic patet aliqualis reſolutio ſcđi dubij. A
Sufficit nobis. nã trãſcendunt iſta capacitatē
nō mō pueri huiꝰ nouitij: verũ etiã mentis mee
acies in his iã obtũdi videť: rei pōdus ferre nō
**Dubium.** valens. Vnũ tamē vrget me paruũ dubiũ cir=
ca primã iſtarũ quattuor ꝓpōnum: ſi eñ qua=
litas illa ſe ipſa ⁊ nō per aliđ eſt ſilitudo rei: ⁊ vt
noſter habet textꝰ: ſuapte natura ſigat expreſſe
⁊ ꝓprie id cuiꝰ eſt ſilitudo vt imago ſpeculi: vi
detur ſequi ꝙ illa formaliter ⁊ intrinſece ſit cō=
ceptus ⁊ noticia rei: ſic ꝙ nō ſtet ipſam eſſe ⁊ nō

ſignificare rem cuius eſt tã expreſſa ſilitudo: ſi=
cut ḡ albedo q̄ formaliter ⁊ intrinſece eſt albedo
nō pōt eſſe in mũdo quin ſit albedo: ſed neceſſa
rio eſt albedo dũ eſt: ſic etiã ⁊ terius mētalis qui
eſt cōceptus videť neceſſario eſſe cōceptus: ſic ꝙ
nō ſit poſſibile ipſum eſſe in mũdo quin ſit con
ceptus ex quo naturaliter proprie ſigcat rē. M.
Verba in diffinitionibꝰ vt docuit te octaua di **Solutio.**
uiſio: nō actum ſed aptitudinē ſigcant: ꝙ ḡ dici
mus cōceptũ mentalē ſigcare rem ſuapte natu
ra nō infert ipſuꝫ nō poſſe nō ſigcare. nam ⁊ tu
patris tui inte habes ꝯceptũ qui tñ non ſemp ⁊
cōtinue tibi patrē repñtat: ſed dormis nō nun=
quã: ⁊ vigilãs ſepiꝰ de alijs rebꝰ cogitas. Am=
plius hec cōſequentia eſt inualida cōceptus ſi=
gnificat naturaliter ergo ſigcat neceſſario: ſed
cōmititur fallatia cōſequentis a ſupori ad infe
rius affirmatiue. nã nō oñe naturale eſt neceſ=
ſariũ licet aliq̄d ſit tale: vt patet in gñatiōe na
turali filij dei q̄ eſt neceſſaria: ſed gñatio tua q̄
tuus pater naturaliť genuit te vel aliũ filiũ nō
eſt neceſſaria: ſed cōtingēs: vñ filio mortuo ipe
ampliꝰ nō ē pr̄: ⁊ ſic nō neceſſario ē pr̄: lꝫ nālr̄ ſit
pr̄. Eodē modo licet cōceptus naturaliter ſigni
ficet: nō tamē neceſſario eſt cōceptus: ſed bñ cō=
cedimus ꝙ neceſſario ē ſilitudo rei: ꝙ eñ ſit ſili
tudo alicuiꝰ hoc habet eſſentialiter ⁊ intrinſe=
ce a ſe: ſed ꝙ ſit cōceptus ⁊ noticia habet perdi=
ctam habitudinē ad intellectũ: vnde nō eſt ſilr̄
de albedinē ⁊ cōceptu: illa eñ cuicũq̄ cōpareť
ſemp eodē mō ſe habet q꞉ ſemp eſt albedo: non
ſic ſe habet cōceptus ad q̄dcũq̄ cōparetur. nã ſo
lum in cōparatione ad intellectũ eſt cōceptus:
ſicut ioannes pr̄ tuus cuicũq̄ ꝯpareť eſt hō: nō
tamē cuicunq̄ eſt pater: ſed ſolũ ad te ⁊ fratres
tuos. A. Vis dicere ꝙ iſta đnoiatio cōceptꝰ vel
noticia ſit reſpectiua ſicut pater? M. Licet iſta
denominatio cōueniat cũ reſpectiua in hoc ꝙ ē
extrinſeca ⁊ per habitudinē ad aliud: tñ nō pro
pterea eſt de predicamēto ad aliq̄d: ſed de predi
camēto qualitatis ptinens ad primã ſpeciē eiꝰ
ſicut ſcientia ⁊ virtus: poteris ḡ eã vocare rela=
tiuã ſcđm dici nō ſcđm eſſe. A. Perfice ioannes
huiꝰ none diuiſiōis textũ legens alterã ſub di=
uiſionē q̄ reſtat. P. Ad placitũ inq̄t ſigcare (q̄d **Sigũ duplex.**
voci ⁊ ſcripture cōuenit) etiã diuidiť per ſigare
aliq̄d vltimate ⁊ nō vltimate. A. Que duo ad=
uerbia ꝓ principaliter ⁊ minꝰ principaliter po
ſita ſunt: vt ſubiecte oſtendunt diffinitiōes. P.
Vnde ſigcatum vltimatũ alicuiꝰ teri eſt id ad **Vltimũ ſigcatum.**
quod ſigcãdũ principaliter fuit terius ipoſitus.
A. Vt res illa q̄ eſt aīal rōnale eſt ſigatũ vltima
tum huiꝰ teri hō. nã impoſitor huiꝰ vocabuli il
lam rem principaliter intendebat ſigcare per il
lud: ⁊ q꞉ ſua intentio ibi ſiſtebat nō intendens



illam rem ordinare ad aliam ſignificãdã: ideo
dr̄ ſigtum vltimatũ ſicut etiã apud phos finis
principalis dr̄ finis vltimꝰ. P. Sed nō vltima
tum ſigtum teri eſt q̄cq̄d aliud ex cōſequēti ter
minus ſigt ad placitũ. A. Nã intellectus nr̄ ad
ſignificãdã rem principaliter intentã multa in
ſtrumenta format vt cōceptũ: vocē: ſcripturã: ſi
ergo terius aliq̄s taliter ponať in ꝓpōne ꝙ acci
piatur ꝓ aliquo iſtorũ inſtrumētorũ dr̄ ſigre il
lud nō vltimate: ſed minus pricipaliter ⁊ tanq̄
mediũ ad aliud: ⁊ poſuit textus exēplũ de cōce
ptu mētali cui ſub ordinať terius ſignificãs ad
placitũ: de quo etiã Ariſtoteles dicit ꝙ ea q̄ ſũt
in voce ſunt note eaꝝ q̄ ſunt in aīa paſſionũ: cu
ius rō eſt vt exponit thomas: q̄a res noīat intel
lectus ſcđm ꝙ illas cognoſcit: ḡ vox nō ſigt rem
niſi mediãte cognitiōe vel cōceptu rei: ⁊ ſic licꝫ
vox principaliter ſignificet rem exteriorē: tñ mi
nus principaliter ſigt cōceptũ mediãte quo or=
**Correlarium de ſuppōnibus.** dinatur ad rem illã. Ex iſta ſcđa ſub diuiſione
poteſt notari in logica dr̄ia inter ſuppoſionē ꝑ
ſonalem ⁊ materialē quas ſepiꝰ audiſti vt cre=
do. P. Audiui eas creberrime nominari. A.
Quia ſuppoſitio ꝑſonalis teri eſt qñ ipſum ac=
cipiť in ꝓpōne ꝓ ſuo ſigto vltimato: vt homo
currit: clarũ eſt eñ ꝙ illud predicatũ nō pōt ve
rificari de illo ſubiecto niſi ꝓ re exteriore acce=
pto. Sed ſuppō materialis eſt qñ terius ſumiť
in ꝓpōne pro ſigto nō vltimato: vt puta pro cō
ceptu: voce: vel ſcriptura: vt hō eſt dictio diſſil=
laba: hō eſt ſpecies: hō eſt ſcriptura rubea: in q̄
bus locutiōibus apertũ eſt ꝙ predicata nō vere
cōuenirēt ſubiecto ꝓ re exteriore ſumpto: ſed ꝓ
inſtrumētis ordinatis ad illã rem ſignificãdã.
nã in prima ſubiectũ ſtat ꝓ voce: in ſcđa pro cō
**Dubium.** ceptu: in tertia ꝓ ſcriptura. P. Multi dicũt ꝙ i
**Solutio.** illa ꝓpōne hō eſt ſpecies ſubiectũ habet ſuppō
nem ſimplicē. A. Suppō materialis large ⁊ cō
muniter accipiť in predicta nr̄a deſcriptione ꝓ
oñi ſuppōne teri ꝓ terio tã vocali quã mētali q̄
ſcripto: ⁊ hãc diuidunt q̄dã in ſuppōnē ſimpli=
cē: ⁊ materialē ſtricte acceptã. Erit itaq̄ ſuppō
ſimplex acceptio teri ꝓ terio mētali q̄ eſt cōceptꝰ
naturaliť ſigns: ſed ſuppō materialis ſtricte di
cta eſt acceptio teri ꝓ voce ⁊ ſcriptura ad placi=
tum ſigntibꝰ: patꝫ ḡ ꝙ nō repugnat eundē teriꝫ
**Duo dubia.** ſimul ſupponere materialr̄ ⁊ ſimpliciter. Sed
circa hãc ſub diuiſionē ſcđam queramꝰ duo du
bia a nr̄o preceptore. Primũ erit: ſi iſta duo mē
bra põt in idē ſigtũ coincidere: ſic ꝙ alicuiꝰ teri
idē penitꝰ ſit vltimatũ ⁊ nō vltimatũ ſigtũ? Se
cũdũ dubiũ ſit an in teris mētalibꝰ ⁊ cōceptibꝰ
ſolũ nālr̄ ſigntibꝰ poſſit hec diſtinctio locũ hēre
**Ad primũ dubium.** de ſigto vltimato ⁊ non vltimato ſicut in teris
ſigntibꝰ ad placitũ poſita eſt. M. Ad primũ ſo

lutio eſt afirmatiua: q̄ primo patet in teris trã
ſcendētibꝰ: nã iſte terius ens ad placitũ vltima
te ſigt oñes res mũdi: ad hoc eñ fuit principa
liter impoſitꝰ: ⁊ cũ ipſemet terius ſit vna res mũ
di: ſequiť ꝙ ſe ipm ſigt vltimate ſicut ⁊ lapidē:
cōſtat etiã ꝙ ſe ipſum ſigt nō vltimate in hac lo
cutiōe ens eſt monoſillabũ: cũ ſupponat ibi ma
terialiter: ḡ idē eſt ſigtuꝫ entis vltimatũ ⁊ nō vl
timatũ. Patꝫ ſcđo in aliquibꝰ teris predicamē
ti qualitatis: vt ſunt q̄litas: vox: nã q̄libet vox
etiã ſe ipſum ſigt vltimate ⁊ nō vltimate. Patꝫ
tertio in teris ſcđe intentiōis vt ſunt dictio: no=
men: vbũ ⁊c. qñ iſti etiã ſe ipſos vtroq̄ modo
ſignt. Et gñaliť ois terius hñs reflexionē ſupra
ſe ipſum ideſt taliter impoſitus ꝙ poſſit etiã ꝑ il
lam ipoſitionē ſigre ſe ipſum: habet aliq̄d ſigtũ
quod idē eſt vltimatũ ⁊ nō vltimatũ. A. Quō
ergo poterimus cognoſcere in talibus teris qñ
ſtant ꝑſonaliť reſpectu talis ſigti: ⁊ qñ materia
liter. M. Hoc ex predicatis diſcerniť: ſi eñ ali=
cui taliũ ſubiectoꝝ apponatur predicatũ cōue
niens illi ſigto ⁊ alijs oibꝰ vel pluribꝰ: tunc ſup
ponit ꝑſonaliter ꝓ illo ſigto: vt ens eſt creatum
adeo: ſi vero predicatũ ſoli illi ſigto fuerit cōue
niens ⁊ non alijs: eſt ſuppō materialis vel ſim=
plex: vt ens eſt monoſillabũ: ens eſt trãſcendēs.
A. Iſte ergo cōſequētie nō valent: iſte terius in **Correlarium.**
hac ꝓpōne accipiť pro ſuo ſigto vltimato ḡ ſup
ponit ꝑſonaliter: ſilr̄ iſte terius ſtat ꝓ ſuo ſigto
nō vltimato ḡ ſupponit materialiter vel ſimpli
citer. M. In ſolo iſto caſu defficiunt vbi idē ē
ſigtum vltimatũ ⁊ nō vltimatũ eiuſdē teri: di=
cunt tñ ad primã cōſequentiã ꝙ ſi debeat eſſe bo
na indiget hac limitatione: iſte terius ſtat pro
ſuo ſigto vltimato: ⁊ ſcđm ſigtionē vltimatã: ḡ
ſupponit ꝑſonaliter: ⁊ ſilr̄ in ſcđa ꝯña debet ad
di ſcđm ſigtionē nō vltimatã: qđ alias habet de
clarari. A. Dic ad ſcđm dubiũ. M. Rñſio erit **Ad ſcđm dubium.**
negatiua ſimpliciter: cũ eñ illi cōceptus ſolum
naturaliter ꝓprie ſignificēt: nō ḡ ſignificabunt
niſi rem cuiꝰ q̄libꝫ eſt ꝓpria ſilitudo: ⁊ ſic nō hñt
niſi ſigtum vltimatũ. Ex quo ſequiť manifeſte **Correlarium.**
ꝙ ſuppoſitio ſimplex vel materialis nō habet lo
cum in cōceptibꝰ mētalibꝰ: ſed ois talis in ꝓpō
ne poſitꝰ quacunq̄ ſupponit ꝑſonaliter: q̄a ſem
per ſtat pro ſigto vltimato. A. Video bñ rōnem
tuã eſſe validã: ſed vnũ argumētum ſepiꝰ mihi **Ad ſcđm.**
fuit laborioſum cōtra hoc: capiať eñ propō mē
talis vltimata cui ſub ordinať hec ſcripta aut
vocalis: hō eſt ſpēs: vel hec: hō eſt cōceptus mē
tis: in illa nãq̄ mētali ſubiectũ eſt ille cōceptus
qui eſt naturalis ſilitudo oium hoim: alias nō
eſſet ꝓpō vltimata mētalis: nec ei ſub ordinarē
tur vocalis ⁊ ſcripta: ſed clarũ eſt ꝙ ſubiectum
illius ꝓpōnis nō ſupponit pro re ad extra q꞉ il=

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

la nec eſt ſpecies nec cõceptus: ergo ſupponit ꝓ
ſe ipſo ⁊ ſic erit ſuppõ ſimplex aut materialis: ⁊
Solutio. pro ſigto nõ vltimato. M. Satis cito e tua me
moria excidit correlariũ appoſitũ prime cõclu=
ſioni: in queſtiõe de poſitiõe cõceptuũ in aia: ne
ipſa per eſſentiã ſuã ſit intelligẽs: vbi dicebatur
ꝙ neceſſariũ eſt aiam formare alios cõceptꝰ ad
cognoſcendũ ſuos cõceptus: ꝗ ergo format illã
ꝓpõnem mẽtalẽ de qua arguis: clarũ eſt ꝙ per
illã intelligit ⁊ cognoſcit illũ cõceptum ꝗ eſt na
turalis ſilitudo oium hoim: nã de eo enunciat
ꝓpõ illa: ḡ oportet ꝙ ſubiectũ illiꝰ mẽtalis ꝓpõ
nis ſit alius cõceptus reflexus ꝗ eſt naturalis ſi
militudo primi cõceptus ſui ſigti vltimati: ⁊ ſic
patet ꝙ ſubiectũ illius ꝓpõnis mentalis nõ ſup
ponit materialiter nec ſimpliciter: ſed ꝑſonali=
ter: q̃a ſtat ꝓ ſuo vltimato ſigto ſcilicet pro ꝓ̃mo
cõceptu quẽ naturaliter ꝓprie ſigt. A. Clara ⁊
egregia eſt ſolutio ⁊ multũ notãda: ꝗ tñ manife
Scõm cor- ſte cõcludit̃ ex predictis. M. Inferri põt ſcõo
relarium. ex determinatione huiꝰ ſecũdi dubij: ꝙ in predictis
cõceptibus mẽtalibꝰ nulla cadere põt equoca=
tio: vel amphibologia: patet ex naturali ſigtiõe
coꝝ ꝗ ſemꝑ vnũ ⁊ determinatum reſpiciunt ſigtũ
a quo nullatenꝰ variari poſſunt ad aliud ſigtũ
ſicut nec mutare pñt naturã ſuã vt iam patuit.
Tertium. Infertur ex dictis tertio ꝙ in mẽtalibꝰ notitijs
oia ſunt explicita ⁊ clara: patꝫ hoc q̃a omis tol
litur inde equocatio: ⁊ amphibologia ꝗ obſcu
Quartuꝫ. ritatẽ cauſant intelligẽtibꝰ. Ex hoc inferunt ali
qui quarto ꝙ in mẽte nulla eſt ꝓpõ expõibilis.
Quintuꝫ. Unde dicunt quinto ꝙ ois ꝓpõ exponibilis eſt
ypotetica: ſed de his alias: mihi autẽ ꝓ nunc
videt̃ ꝙ iſta duo nõ neceſſario ſequãtur ex di=
ctis: ſed hoꝝ oppoſita ſunt illis cõpoſſibilia. A.
Intremus iã opus eſt decimã: ⁊ finalẽ diuiſio=
Tertꝰ dele nem. P. Que ſic incipit̃. Teriorum mẽtalium
diuiſionis duo ſunt gña precipua. nã quidã ſunt mentales
pricipalis. vltimati ⁊ ꝓprie dicti: alij ſunt mẽtales nõ vlti
ti nec ꝓprie dicti. A. Mẽbra iſta ſignt cõceptꝰ
in comparatiõe ad res exteriores principaliter
ſigtas: ita ꝙ ſunt q̃dã cõceptus ꝗ ſunt ꝓprie ſili
tudines rerum: nec ſubordinati vlterioribꝰ cõ=
ceptibꝰ ad hoc vt ſignificẽt: alij aũt ſunt mẽtales
cõceptus ꝗ cum nõ ſint ꝓprie ſilitudines reruꝫ:
ſubordinãtur alijs cõceptibꝰ vlterioribꝰ in ſigni
ficãdo. P. Eadẽ ergo res duos habebit cõceptꝰ
in mẽte nr̃a: vnũ ꝓpriũ ⁊ alterũ iproprium: vnuꝫ
vltimatũ: ideſt nõ ſubordinatum: alterũ nõ vlti
matũ: ſed ſubordinatũ alteri. A. Unde volunt
quidã ex hac diſtinctiõe fundare ꝙ in cõcepti=
bus habeat locũ equocatio ſaltẽ ꝗ ad cõceptus
improprie dictos ſeu nõ vltimatos: vt patebit ex
diffinitiõe coꝝ: immo in cõceptibꝰ vltimatis qui
dam auſi ſunt notare equocationẽ: ſed de tali=
bus nõ eſt curandum: quia ſatis improprie ac
cipiunt equocationẽ: ⁊ lõge aliter quã diffinita
ſit ab Ariſtotele: ꝓſequere ḡ huiꝰ diuiſiõis mẽ
bra. P. Teri mẽtales vltimati ſunt cõceptus na [illegible]
turaliter ꝓprie ſigntes res illas ad quas impo
ſiti ſũt teri vocales ⁊ ſcripti: vt cõceptus quẽ q̃s
habet de aliquo hoie ꝗ eſt eiꝰ naturalis ſilitu=
do in mẽte. A. Uidiſti ſuperiꝰ de q̃bꝰ dictũ eſt
ꝙ nãliter ꝓprie ſignificẽt: ſunt eñ rerum ꝓprie
ſilitudines in aia: vt imagines in ſpeculo: ⁊ de
illis nobis determinauit colẽdiſſimꝰ ꝑceptor egre
gia q̃dã dubia: ⁊ inter alia expoſuit quomõ ⁊ ꝑ
quid habeat cõceptus talis ꝙ ſit rei exterioris ſi
militudo q̃a nõ aliũde quã ex natura ſua: licet
aliũde habeat ꝙ ſit cõceptus ⁊ noticia rei: pꝫ ḡ
ꝙ hmõi cõceptꝰ nõ ſubordinat̃ alteri ad hoc vt
ſignificet rem. P. Ideo cõcludit textus: vñ patꝫ
quare dicat̃ cõceptꝰ ꝓprie dictꝰ ⁊ vltimatꝰ. A.
Qõ vero adiungit: ⁊ talis eſt intẽtio mẽtis: al=
ludere videt̃ ad ſub diuiſionẽ infra ponendã de
primis ⁊ ſcõis intẽtiõibꝰ. P. Scõi mẽbri decla [illegible]
ratio eſt hec: ſed teri mentales nõ vltimati ſunt
cõceptus naturaliter ꝓprie ſigntes voces ⁊ ſcri
pturas: ⁊ preter hoc ad placitũ ſignificãtes res
eaſdẽ quas voces ⁊ ſcripture ad placitũ ſignt:
vt naturalis ſilitudo huiꝰ vocis homo vel ſcri
pture talis. A. Cũ eñ ois vox vel ſcriptura ſit
res quedã: nata eſt cauſare ſuã ſilitudinẽ in mẽ
te eq̃ bene ſicut hõ aut lapis: illa autẽ ſimilitu
do vocis vel ſcripture in mẽte duo habet ſigta:
primo q̃dem naturaliter ꝓprie ſigt vocẽ vel ſcri
pturã cuius eſt ſilitudo naturalis: ſicut ſilitu=
do lapidis ſigt lapidẽ: ſcõo ſigt illã eãdem rem
quã ſigt vox vel ſcriptura ⁊ eodẽ mõ ſcꝫ ad pla
citum: nã q̃cq̃d ſigt quocunq̃ mõ vnũ ſimiliuꝫ
ſigt ⁊ alterũ: ſi eñ in ſpeculo corporeo appareat
ſcriptura alicuiꝰ libri: clarum eſt ꝙ aſpicipiens
imaginẽ illiꝰ ſcripture in ſpeculo eq̃ bene lege=
ret ⁊ eaſdẽ res ſigret ⁊ intelligeret quas ipſa ſcri
ptura libri ſigt: ⁊ tale q̃d eſt ſentiendũ de imagi
ne vocis vel ſcripture i ſpeculo ſpirituali q̃d eſt
aia rõnalis: licet iſte due imagines taliũ ſpecu
lorũ valde differãt in eſſendo: qm̃ vna eſt corpo
ralis ⁊ extenſa: alia vero ſpũalis indiuiſibilis ⁊
in extenſa admodũ ſui ſubiecti: tñ in repñtãdo
penitus eodem mõ ſe hñt. P. Correlariũ ſeq̃ns [illegible]
manifeſte elicit̃ ex diffinitiõe: vnde patet ꝙ nõ
eſt vltimatus cõceptus rei: nec eiꝰ ꝓpria ſilitu
do: ſed vocis vel ſcripture. A. Licet eñ talis cõ
ceptus in ſignificãdo vocẽ vel ſcripturã natura
liter ꝓprie nõ ſubordinet̃ alteri cõceptui: tñ ad
ſignificãdã rem principaliter intentam indiget
ſicut ⁊ vox vel ſcriptura ſubordinari vlteriori
conceptui: nõ ergo eſt ille cõceptus rei vltima
tus licet ſit cõceptus vocis vel ſcripture vltima



tus. P. Quare vt textus infert: vlterius ſequit̃
ꝙ talis cõceptus potiꝰ eſt impoſitio quã inten=
tio. A. Utrũq̃ habet vt diximꝰ. nã ad vocẽ vel
ſcripturã eſt intẽtio: cum ſit naturalis ſilitudo
eiꝰ: ſed ad rem principaliter ſigtam eſt ipoſitio:
ex quo ad placitũ ⁊ per ipoſitionẽ eã ſigt. nã ꝗ i
poſuit vnũ ſinonimoꝝ impoſuit ⁊ omẽ aliud ſi
bi ſinonimũ in modo ſignificãdi: ⁊ q̃a nos ſpe=
cialius cõſideramꝰ iſtos cõceptus in ordine ad
res quas ad placitũ ſignificãt (nã de alia coꝝ ſi
gnificatiõe in cõceptibꝰ vltimatis gñaliter tra
ctamus) inde eſt ꝙ potiꝰ ſunt a nobis dicendi i
poſitiões: ⁊ ſic habes ex predictis ꝙ triplices ſũt
impoſitiões ſcꝫ voces: ſcripture: ⁊ cõceptus caꝝ
Nõde ꝓ- in mente. M. Circa iſtos cõceptus nõ vltima=
poſitiões. tos notãde ſunt ſequẽtes ꝓpões: ꝓ̃ma eſt: ꝙ ꝑ
Prima ꝓ- hmõi cõceptus ⁊ nõ per alios ſolẽt ſcholares: ꝓ̃=
poſitio. dicatores: ⁊ oratores memoriter capere ſuas le
ctiones ſermões ⁊ orões: patet hoc ad experiẽ
tiã. nã q̃libet taliũ ẽ bonus teſtis ꝙ ſi vult in me
moria capere vnũ capitulũ alicuiꝰ libri: iſpicit
ad quãtitates figuras ⁊ colores litterarũ: ad li
neas ⁊ colũnas: ⁊ per illas currit eiꝰ intuitus cũ
memoriter recitat illud capitulũ: ſilr̃ ꝗ memo=
rari vult ſermonẽ aut orõnem ab alio auditã: ꝓ̃
us cõcipit ſonos ⁊ accentꝰ vocum ipetuſq̃ ⁊ ex=
clamatiões eiꝰ quã memorari poſſit dicta ſua.
Secũda ꝓ- Scõa ꝓpõ ꝙ per iſtos cõceptus preciſe nemo in
poſitio. aliqua ſcia poterit eſſe ſapiẽs. Hoc dr̃ ꝯtra mul
tos ꝗ in hac nr̃a hiſpania ⁊ alibi pluries repu=
tantur ⁊ reputari volunt docti ⁊ magni viri: ſi
multa ex libris q̃s legerunt memoriter valeant
recitare: qui tamen de rebꝰ per illas ſcripturas
ſigtis vel nullos vel multum cõfuſos hñt conce
ptus vltimatos: nihilq̃ diſtincte ⁊ clare ſciunt.
nã percõtati de aliquo paſſu difficili in talibus
doctrinis ſatis bene ſe putãt rñdiſſe: ſi materia=
lia verba ꝗ legerũt vel audierũt recitauerit: ho
rum multos lectores in nr̃is vniuerſitatibꝰ faci
le eſt videre: ꝗ coaceruatis multis cõmẽtatori=
bus libris ſuꝑ vnũ textũ: ex illis plurima dicta
memoriter excerpentes auditoribꝰ predicãt: in
deq̃ tãquã inſignes lectores ⁊ multũ ſufficiẽtes
ad regendũ magr̃ales cathedras ꝓmouent̃: vt
ceci cecis ducatũ prebeant: ꝓbatur tñ nr̃a ꝓpõ
q: nemo dici põt ſapiens in aliqua doctrina ni
ſi vere cognoſcat res illiꝰ gñis ſubiecti cauſaſq̃
⁊ ꝓprietates earũ mente cõſpiciat: hoc autẽ nõ
fit ſine cõceptibꝰ vltimatis: ꝗ ſunt ꝓprie ſilitudi
nes rerum ⁊ vere imagines naturaliter ꝓprie ſi
gnificãtes res illas. nã voces: ſcripture: ⁊ cõce=
ptus nõ vltimati neceſſario ſubordinant̃ eis: ni
hilq̃ ſigre pñt ſine illis: ꝗ ergo per ſolas dictas
impoſitiões in doctrinis ꝓcedunt: legũt q̃dem
ſed fere nihil ſapiunt: vñ velut pice locunt̃ ⁊ gar
riunt inter in doctos: ⁊ habent̃ ſepe in admira
tione: cum tamen in ſolo cortice verboꝝ ſit eoꝝ Tertia ꝓ-
ſapia. Ex his duabꝰ ꝓpõibꝰ ſequit̃ tertia: ꝙ ve poſitio.
rã ſapientiã querẽs potiꝰ debet conari ad cõce
ptus vltimatos rerũ acquirẽdos: quã ad iſtos
nõ vltimatos ſeu iproprie dictos. Probat̃ q̃a di
ctum eſt cõceptus rerũ vltimatos ꝑtinere ad ve
rã intelligẽtiã: ſicut cõceptus nõ vltimati perti
nent ad memoriã: ſed querẽs ſapientiã potiꝰ de
bet conari ad habendã intelligentiã clarã de re
bus: q̃ꝫ ad ꝯſeruãdã memoriã: ergo maior cona
tus eſt adibẽdꝰ ad illos cõceptus q̃ꝫ ad iſtos: ꝓ
batur media ꝓpõ dupliciter: ꝓ̃mo rõne q̃a vt dr̃
tertio topicoꝝ illud eſt magis eligẽdum quo hi
to reliquum habet̃ q̃ꝫ ecõtra: ſed habita clara ⁊
recta intelligentia eoꝝ ꝗ dicunt̃ in lectione vel
in libro aliquo faciliꝰ q̃s memorat̃ oium princi
palium punctoꝝ ſeu articuloꝝ eius: ⁊ ordine
ſuo debito: q̃ꝫ ſi ea nõ habita vellet memorie co
mendare ⁊ retinere ea ꝗ dicunt̃: difficile eñ me
moramur ea ꝗ nõ intelligimus: ſed bene intel=
lecta ſtatim quadrãt adherentq̃ menti: vt oẽs Experimẽ-
experimur. Scõo patet idem exꝑimento: nã ſi tum.
addiſcens aliquã doctrinã precipuã curã appo
nat in memorãdo ⁊ retinẽdo ſingula ordie ſuo
(ſicut pleriq̃ iuridicorũ faciunt) inueniet ſe mi
nus ꝓfunde ſapere nec ita bene callere ſubtilita
tes illiꝰ ſcie: q̃ꝫ ſi principaliter intẽdiſſet ad cla
rã intelligentiã cuiuſlibet paſſus difficilis: hoc
ipſe teſtor mihi accidiſſe cũ Pariſius cura per
vigili duas prias ꝑtes ſumme theologice ſancti
Thome aquinatis ꝑitiſſimis doctoribꝰ audi
rem: cepi eñ ardentiſſimo zelo eas nõ tm̃ ꝑ ſin=
gulas queſtiões: ſed etiã per ſingulos articulos
memorit̃ cuſtodire: applicata etiã arte memora
tiua q̃ꝫ ab adoleſcentia habui: nã ꝑnotiſſimas
mihi domos ⁊ ꝑſonas loci natalis cũcta diſpõe
bã ſuis adhibitis cuilꝫ articulo certis imagina
tionibꝰ corporeis iuxta doctrinã Ariſtotelis in
ſcõo de aia ⁊ Tulij in ſua rethorica: hac itaq̃
induſtria quingẽtos ⁊ octoginta q̃ttuor articu
los prime ꝑtis: ⁊ ſexcentos ⁊ decẽ ⁊ nouẽ prime
ſcõe predicte ſumme ſic ordinauerã: vt in prom
ptu interrogatus de quolꝫ articulo reſpõdiſſeꝫ
incunctãter quotus erat i ordine ſuo: ⁊ ſine diffi=
cultate ꝓceſſiſſem ꝑ articulos illũ ſequẽtes vel re
troceſſiſſem per alios ipſum antecedẽtes: ad hoc
eni multũ valet ars illa. Sed vbi alij cõdiſcipu
li talem memoriã nõ hñtes mecum agitabãt de
multis difficultatibꝰ tũ moralibus cũ theologi
cis ibidẽ pertractatis: in veniebar de quolibet
minus ſapere: ⁊ vix vltra ſuꝑficiẽ lr̃e aliq̃d in=
telligere: quare opus fuit vt fãtaſia illa dimiſſa
(que tãtũ inſiſtebat in cõceptibꝰ vocũ ⁊ ſcriptu
rarũ) iterũ alio anno a peritioribꝰ in illa doctri

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

na preceptoribus eoſdē libros reaudirem: atten
tiuſq̧ cōceptus rerū ſignificatarū quererē: ſicq̧
dño largiēte in ſumma illa q̄ aliarū in theolo=
gia preclariſſima eſt vel tātillum deguſtare po
Dubium. tui. A. Quid ğ ꝓdeſt ars memorie cōſeruāde
τ augende: ſi tāto impedimēto obſiſtit vere in=
telligentie doctrinarū: anputas ꝙ fruſtra τ inu
Solutio. tiliter ab antiqs iuenta ſit? M. Abſit a me tāt⁹
error: imo ꝑ magno munere artem illā a ſapiē=
tiſſimo quodā viro τ pri⁹ accepi τ nūc obſeruo:
ſed eatenus τ nō aliter eā vtilem iudico quate=
nus humana fragilitas deficit: ars eniȝ ſuplet
qđ natura nō pōt vt dr̄ ſcđo phiſicorū: qꝛ ergo
vt prediximus in libris addiſcendis vera τ cer
ta intelligentia cauſat memoriā (nā ipſa mate
rierū auditarū diuerſitas ſtatim ſeſe offert men
ti in ordine ſuo) nō iudico multū applicādā eē
artem memorie libris quos audim⁹ in ſcholis
maxime ſi gloſatores ſint: ſecus aūt de graui tex
tu toti⁹ ſciē fundamento q̄ perhemniter in me=
moria eſt retinend⁹. Ubi vero caſus repentī=
nus ocurrit predicatori τ lectori vel orō ardua
incumbit rethori: tūc qđ naturalis facultas me
morie nō attingit: ars applicata perficiet τ mul
tum vtilis erit: alias vero poti⁹ impediet q̄ͫ iu
uabit vt prediximꝰ. Hāc cōſuetudinē paſſiȝ vē
dere eſt in preclariſſima Pariſeoꝝ achademia
aliarum oium matre q̄ preceteris intelligentia
rerū pollet: ſemp eñ theologi doctores in lectio
nibus magiſtralib⁹: licēciati in veſperijs: baca
llarij curſantes tā in pricipijs biblie q̄ͫ ſentētia
rum ſcriptura materiali vtunt̄ nihilq̧ memori
ter dicunt: volentes potius ingeniū ſuū q̄ͫ me=
moriā oſtēdere: vbi autē in magiſterio alicui⁹
de laudibus gn̄is: patrie: perſoneq̧ hoīs magi
ſtrādi orōnem faciunt: tūc ſtilo oratorio τ me=
moriter illā aſſumunt. in alijs vero q̄ͫ rariſſime.
Dubium. A. None meli⁹ fuiſſet totā theologicā ſummā
ſancti Thome ad vnguē in memoria retinere
licet mediocriter intellectā: q̄ͫ ſubtiliore intelli
gentia eius habita multa ememoria excidiſſe?
Solutio. M. Ita ſentiunt multi illi⁹ ꝓfeſſiōis cultores:
mihi autē inutilis perditio tpīs viſa eſt illa tā=
ta cura τ q̄ ab alijs multū neceſſarijs aium re=
trahit: ſed ſatis eſſe puto viro theologo q̄ nō iu=
rauit in verba alicui⁹ magr̄i: ſed liberū aim ha
bet ad doctrinas quaſlibet addiſcendas: vt ex
illa ſuma colligat materias principalis per or=
dinem: τ nō curet illas diminutas allegatiōes:
diſ: tali: queſtione tali: arti: tali: ſub articulo ta
li: in reſpōſione ad tale argumētū: q̄ obtundūt
aures audientiū: ita ſentio eſſe faciendū in q̄li
bet alio doctore ſolemni: vnde ego dimiſſa illa
pticulari memoria articuloꝝ: per materias pͥn
cipales retineo: ſummā illā faciliter ſine arte vl
la. Uerbi gratia: in prima ſecūde ſcio eſſe centū
τ quattuordecim queſtiōes has octo materias
principales ꝯtinētes: de beatitudine queſtiōes
ſunt quinq̧ prime: de actib⁹ humanis alie ſex
decim: de paſſionib⁹ appetitus ſenſitiui alie vi
ginti ſeptē: de habitib⁹ i cōi alie ſex: de ṽtutib⁹
queſtiones decē τ ſex: de vitijs alie decē τ nouē:
de legibus itē decē τ nouē: tādem de gr̄a queſtio
nes ſex vltime: τ inde facile applicat̄ intellect⁹
ad alia particularia: vnde ſufficit mihi allega
re ſanctū Thomā in hoc libro dicendo ꝙ in tali
materia habet hoc: ſilr̄ me habeo in alijs libris
eius: τ in q̄libet alio doctore: τ hoc cōſiliū ſaluti
ferū vobis multū cōmedio q̄ eſtis mihi diſcipu
lorum chariſſimi: audacter ergo mihi experto
credite. Quarta ꝓpō ſit hec: ꝙ inter alios dicē
di modos q̄b⁹ iſti cōceptus nō vltimati dicunt̄
ſiḡre res ad extra: ꝓbabilior eſt ille q̄ tenet hoc
fieri per vſualē τ diuturnā cōcomitātiā ad cōce
ptus vltimatos. Sūt eñ varij modi de hoc q̄ tñ
oēs in hoc cōcordāt: ꝙ iſti cōceptus ſignificāt
res eaſdē cū vocibus τ ſcripturis τ eodē modo
ideſt ad placitū vltimate: nā primus impoſitor
huius vocis homo impoſuit etiā iſtā ſcripturā
homo q̄ eſt ſinonima voci in ſiḡndo eādē rem:
τ qꝛ etiā ſilitudo eiuſdē vocis in mente eſt ſino
nima voci in ſiḡndo vt cōſtat: ſequit̄ ꝙ etiā iſte
cōceptus ſignificet eādē rem ex impoſitiōe ipſi⁹
vocis. Eſt tñ dubiū circa hoc: cū vox nō ſignifi=
cet rem niſi q̄a ad placitū eſt ſubordinata cōce=
ptui vltimato eiuſdē rei: iſta aūt ſubordinatio
fit mediāte cōceptu non vltimato q̄ eſt ſilitudo
vocis: quomō ergo iſte cōceptus eſt ſubordina
tus illi τ ꝑ q̄d. Ad hoc reſpōdet nr̄a ꝓpō ꝙ hoc
fit per vſualē τ diuturnā cōcomittātiā huius cō
ceptus ad illū: nā cū cōceptus hui⁹ vocis homo
nō ſit ſilitudo nec noticia illius rei q̄ eſt homo:
nō eſt dabilis ali⁹ modus melior quo ille cōce=
ptus ſignificet illā rem niſi ꝙ ꝑ cōſuetudinē eſt
quedā colligātia τ mutua ꝯcomitātia inter na
turalē cōceptū hoīs τ cōceptū huius vocis hō:
que cōſuetudo incepit q̄ñ primo fuit denūtiata
alicui voluntas ipoſitoris qua ſtatuere voluit
hāc vocem homo ad ſiḡndū rem talē: nā ſemper
cū poſtea mouet̄ in eo naturalis ſilitudo illius
vocis per obiectū ſuū ſcȝ q̄ñ auditur illa vox hō:
ſtatim mouetur in eo alius cōceptus q̄ eſt natu
ralis ſilitudo rei: τ ſic cognoſcit hoiem nō q̄dē ꝑ
ſilitudinē illius vocis ſed per ꝓpriā ſpēm hoīs:
vnde patet ꝙ ſi aliqs amitteret naturalē ſilitudi
nem alicui⁹ rei cognite q̄ͫ habet in mente: non
amplius ſiḡret ei rem illā cōceptus vocis: τ ꝑ
ꝯn̄s neq̧ vox neq̧ ſcriptura: q̄ mediāte illo con
ceptu ſubordinātur conceptui vltimato rei. A.
Uis itaq̧ in ſumma dicere ꝙ cū aliqs pͥmo ad

Quarta poſi [margin]
Dubiu [margin]
Soluti [margin]



diſcit ipoſitionē alicui⁹ vocabuli inſpicit rē per
ſuā naturalē ſilitudinē q̄ ē cōcept⁹ vltimat⁹: et
inde aſſueſit vt etiā poſtea cū audit illā vocē vl'
videt ſcripturā ꝑ ſuā naturalē ſilitudinē: inſpi=
ciat iterū rē ꝑ ſuū ꝯceptū ꝓpriū τ naturalē ſicut
pͥmo fecerat: τ ita cōcept⁹ vocis vel ſcripture ex
vſu colligat̄ cōceptui rei talit̄ ꝙ illo moto ēt iſte
mouet̄ ad actuandū itellectū. M. Optime ac=
Quinta ꝓpoſitio. cepiſti. Sit ğ vltima ꝓpō de iſtis conceptib⁹: ꝙ
poſſibile ē eundē talē cōceptū ſiḡare eandē rē ſi=
mul naturaliter ꝓprie τ ad placitū ꝓprie: ꝙ eni
diuerſas res ſimul idē cōcept⁹ ſiḡet vnā natura
liter τ aliā ad placitū nō ē difficile videre ex p̄di
ctis de cōceptu hui⁹ vocis hō q̄ naturalr̄ ꝓprie
ſiḡat vocē τ ad placitū ꝓprie ſiḡat rē q̄ ē hō ſilr̄
eſt dicendū de q̄libet alio cōceptu nō vltimato.
Sȝ ꝙ hoc etiā ſit verū de aliq̄ conceptu reſpectu
eiuſdē ſiḡati ꝓbat̄ de cōceptu trāſcēdente: nā cō
ceptus q̄ ē naturalis ſilitudo hui⁹ vocis ens na
turalit̄ ꝓprie ſiḡat illā vocē ens: vt notū ē: τ idē
ꝯcept⁹ ſicut τ ſua vox ad placitū vltiate et ꝓp̄e
ſiḡt oēs res mūdi qꝛ ad hoc fuit ipoſit⁹ τ ſub=
ordinatus cōceptui cōiſſimo q̄ eſt ſilitudo cōfu
ſa cuiuſlibet rei: cū ğ iſta vox ens ſit vna res in
mūdo ſequit̄ manifeſte ꝙ dict⁹ cōcept⁹ ēt ad pla
citū ſiḡat iſtā vocē ens q̄ naturalr̄ ꝓprie ſiḡat̄
illo alio cōceptu vltimato τ cōiſſimo cui iſte nō
vltimatus ſubordinat̄ ad placitū: τ ſic apparet
nr̄a ꝓpō ṽa de predicto ꝯceptu hui⁹ vocis ens.
A. Eodē mō vt mihi apparet probaret̄ in oib⁹
illis conceptib⁹ illarū vocū quas ſupius dixiſti
Argumētum. habere idē ſiḡatū vltimatū τ nō vltimatū. Sed
licet ꝓbatio tua ſit euidētiſſima τ cogens intel
lectū quātūcūq̧ ꝓteruum: tamē difficile ē mihi
vnū cōtra hoc ſoluere argumentū ſup q̄ tuā ex
poſco reſolutionē: videt̄ eni ꝓpō iſta implicans
cōtradictionē hāc. ſ: ꝙ idem terius eandē rē poſ
ſit nō ſiḡare q̄ͫ non pōt nō ſiḡare: ꝓbat̄ ſic: nā bñ
ſequit̄ iſte terius naturalr̄ ꝓprie ſiḡat iſtā rem
ğ neceſſario ſiḡat eā: τ ſic nō pōt nō ſiḡare eā: ꝑ
alia pte ēt bñ videt̄ ſequi: iſte cōcept⁹ ad placitū
ſeu volūtarie ſiḡat iſtā rem ğ nō neceſſario τ ſic
Solutio pͥma. pōt eā nō ſiḡare: τ ſic apparet contradictio. M.
Si neceſſariū i argumēto accipiat̄ abſolute vi
diſti ſupius ꝙ nō valet hec ꝯn̄a: naturalr̄ ğ ne=
ceſſario: τ ſic tollit̄ cōtradictio qꝛ ſiue cōceptus
ſiḡet naturalr̄ ſiue ad placitū ſemꝑ ſiḡat nō ne=
Scđa ſolutio. ceſſario. Si vero neceſſario ſumatur ꝓ neceſſita
te naturali dr̄: ſcđo ꝙ pͥma ꝯn̄a eſt valida loquē
do de poteſtate naturali: ſȝ ſcđa ꝯn̄a eſt negāda:
qua dr̄ ſiḡat ad placitū ğ nō neceſſario τ ſic pōt
nō ſiḡare: ſed deberet addi ꝙ pōt non ſiḡare ad
placitū ꝙ ꝯn̄s nō cōtradicit pͥmo: nā iſte due ꝓ=
poſitiones ſunt cōpoſſibiles: talis cōcept⁹ illā rē
neceſſario naturalr̄ ſiḡat: τ nō neceſſario ad pla
citū: ſilr̄ eandē rem nō pōt nō ſiḡare naturalr̄ q̄ͫ
poteſt nō ſiḡare ad placitū. Poſſet dici tertio ꝙ Tertia ſolutio.
prima cōſequētia nō eſt bona: qꝛ arguit̄ a dicto
ſcđm q̄d ad dictum ſimplr̄ negatiue: pȝ in ſimili
nā cū doctor ſubtilis Scotus τ alij multi ſuſti=
nēt poſſibilitatē eiuſdē corporis in duob⁹ locis
ſimul: ſemꝑ negāt cōſequētiā qua infertur cōſe
quēs negatiuū ſimplr̄. i. cui nō additur limita
tio: vt nō ſeq̄tur hoc corp⁹ q̄eſcit in hoc loco ergo
nō mouet̄: qꝛ pōt moueri in alio loco: ſȝ deberet
ſic iferri ğ nō mouet̄ i hoc loco τ nulla ſeq̄tur cō
tradictio ad illā poſitionē: ſilr̄ i ꝓpoſito iſta ꝯn̄a
nō valet iſte cōcept⁹ ſiḡt illā rē nālit̄ ğ nō pōt nō
ſiḡare illā: ſȝ deberet addi ğ nō pōt nō ſiḡare illā
nālit̄ τ ſic tollit̄ cōtradictio. Dicit̄ q̄rto ꝙ nr̄a ꝓ Quarta ſolutio.
poſitio nō aſſerit ꝙ idē ꝯcept⁹ naturalr̄ τ ad pla
citū eādē rē ſiḡcet τ vtroq̧ mō adeq̄te: qꝛ hoc for
te eēt incōueniēs: ſȝ ſiḡat nālit̄ illā rē adeq̄te τ p̄
ciſe ſic ꝙ nō aliā ſibi diſſimilē i eſſendo cū nō ſit
nālis ſilitudo niſi hui⁹ vocis ens τ aliarū ſimi
lium: ſiḡat autē idē cōcept⁹ eandē rē ad placitū
ſed nō adeq̄te τ p̄ciſe: nā fuit ipoſit⁹ cōiſſime ad
ſiḡandū q̄ͫlibet rē mūdi τ nō ſolā iſtā vocē ens:
vnde ptȝ ꝙ ad placitū ſiḡat illā ſcripturā ens τ
q̄ͫlibet aliā: illā vocē ens τ q̄ͫlibet aliā: τ gn̄alit̄
oēs res mūdi tā nāles q̄ͫ artificiales: nō ſic aūt
ſe hȝ cū ſiḡat nālit̄ vt dictū eſt. A. Sufficit mihi
tua doctiſſima reſolutio. Trāſeamus iā ad pri=
mas τ ſecūdas itētiones de quib⁹ ponit̄ ſequēs
ſubdiuiſo. P. Teriorū mētaliū proprie dictorū De intētionibus.
que ſunt intētiones alius eſt pria intētio: alius
ſecunda intētio. A. Cū auicēna dixiſſe alleget̄
ꝙ logica ē de ſcđis intētionib⁹ adiūctis pͥmis:
eiuſq̧ dictū cōiter recipiatur licet nō ab oib⁹ in
eodē ſenſu: cōſequēs eſt vt logicus iſta diuiſiōe
cū ſua declaratione valde opus habeat: q̄ ideo
in calce oim poſita ē: vt tenati⁹ memorie comen
det̄: videamus ğ mēbrorum declarationes. P. Prima intentio.
Eſt itaq̧ pͥma intētio cōceptus naturalr̄ ꝓprie
ſignificās rem q̄ nō ē alteri⁹ rei ſignū orationa=
le vl' ſignificās illā nō ea ratione q̄ eſt tale ſignū.
A. Due ſunt huius diffinitionis partes diſiun
ctiue colligate vt oſtēdat̄ ꝙ ſufficit vna illarum
cōditionum ad hoc vt aliqs cōceptus ſit prima
intētio rei. ſ. ꝙ ſit cōceptus vltimatus rei q̄ non
eſt ſignū orationale (de hoc enim ſolo eſt ſermo
in propoſito non de ſignis naturalibus nec de
alijs artificialibus) et de hoc ponitur exemplū
in textu: vt ſilitudo propria hoīs vel leonis: vel
ſi cōceptus ſit naturalis ſilitudo rei q̄ eſt ſignū
orationale: ſed nō cognotat rem illā eſſe tale ſi=
gnum: qꝛ vel ſignificat illā rem abſolute vel ſi=
ne tali cognotatione: exemplū primi vt cōcept⁹
vltimatus cui ſubordinat̄ iſta vox ens aut res:
talis enim eſt naturalis ſilitudo cuiuſlibet rei τ



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſic erit naturalis ſilitudo rei q̃ eſt ſignũ oronale
id eſt alicuius nois aut ꝟbi ſubiecti vel p̃dicati
vel p̃dicabilis: nõ tñ ꝓpter hoc erit ſcđa intẽtio:
ſed p̃ma cũ ſit concept⁹ abſolut⁹. Exẽplũ ſcđi: vt
cõceptus vltimat⁹ correſpõdẽs huic terio vox
qui ẽ naturalis ſilitudo oim vocũ: ⁊ ꝑ ↄñs erit ſi
militudo naturalis licet cõfuſa hui⁹ vocis hõ
que eſt ſignũ oronale: talis inq̃ꝫ cõcept⁹ etiã eſt
p̃ria intẽtio: q᷑ lꝫ ſit cognotatiuus: vt ptꝫ ex diffi
nitione vocis: tamẽ nõ cognotat rẽ illã eẽ ſignũ
oratiõale neqꝫ eã habere aliquẽ modũ ſigãdi
grãmaticalẽ aut logicalẽ: qđ ex hoc ptꝫ q᷑ idem
cõcept⁹ etiã eſt naturalis ſilitudo vocis nõdum
impoſite: ⁊ erat ſilitudo hui⁹ vocis hõ anteq̃ꝫ i=
poneret̃ ad ſigãdũ: ĝ nõ ſigãt illã ea ratione q̃
eſt ſignũ oronale. P. Quid dices de cõceptu vl
timato rei q̃ eſt ſignũ naturale vel artificiale nõ
oronale: nunq̃d erit p̃ria intẽtio etiã ſi cognotet
rẽ illã eſſe tale ſignũ? Cuiuſmodo ſunt cõceptus
vltimati reſpectu iſtarũ vocũ ſignũ naturale: ſi
gnũ artificiale ⁊ ſuaꝝ ſp̃erum: ſicut ſunt imago
vexillũ: ſacramentũ: ⁊ alij hmõi. A. Proculdu
bio oĩes illi cõcept⁹ ⁊ alij ſiles ꝓbant̃ ex diffi=
nitione eſſe p̃me intẽtiones: tũ q᷑ nullus eorũ ſi
gnificat rẽ q̃ eſt ſignũ oronale: tum etiã q᷑ ſigãt
non ea ratione qua eſt ſignũ oronale. Ex intel=
ligẽtia huius diffinitionis facile eſt videre ſen=
ſum alterius diffinitionis de ſcđa intẽtione que
duas copulatiue cõditiones ad illã requiri deſi
gnat. P. Scđa vero intẽtio eſt cõcept⁹ naturali
ter ꝓprie ſigãs rem q̃ eſt p̃dicto mõ ſignũ ⁊ ea
ratione q̃ eſt ſignũ: vt ſimilitudo naturalis mẽ
talis oim verborũ aut noim: vel oim generꝫ aut
ſpecierũ. A. Horũ exẽploꝝ primũ eſt de ſecũdis
intẽtionib⁹ grãmaticalib⁹: ſcđm eſt de intentio
nibus ſecundis logicalib⁹. Pro q̃bus aduerte
ꝙ ſicut in rebus q̃ nõ ſunt ſigna orationalia in
tellect⁹ nr̃ format ꝓ multis reb⁹ in aliquo cõue
nientib⁹ ⁊ ſimilib⁹ vnũ cõem cõceptũ vltimatũ
qui eſt naturalis ſilitudo cõfuſa cuiuſlibet illa
rum rerũ: vt ptꝫ de cõceptibus q̃bus ſubordinã
tur iſte voces hõ: aĩal: planta: celum: elemẽtũ: ⁊
alie multe hmõi qui oẽs dicti ſunt p̃me intẽtio
nes: ita etiã pro multis ſignis orationalibus in
aliquo mõ ſigandi cõuenientib⁹ ⁊ ſilibus nr̃ in
tellect⁹ format vnũ cõceptũ vltimatũ cõem qui
eſt naturalis ſilitudo cõfuſa cuiuſlibet eorũ: vt
ſunt cõceptus vltimati iſtorũ vocũ nomẽ: ver=
nam dr ꝙ terius ſignificat rem ea rōne qua eſt
Confirmatio. ſignū qui ſic ſe habet ꝙ nō ſignificaret illā ſi ipa
nō eſſet ſignum. Et ꝯfirmat qa pari rōne ly pti
cipium ſignificaret illā vocē buf cum buf eodē
mō ſignificaret quo ſignicaret ly amās: ſed ꝯñs
eſt flm̄ ḡ ⁊ añs: falſitas ꝯñtis pꝫ qa eadē rōne ſi
gnificaret oēs voces: imo oīa entia ⁊ ꝑ ꝯñs eſ
Reſponſio. ſet trāſcēdēs. Ad dubiū dr ꝙ nō: vt bñ oñdunt
rōnes ante oppoſitū facte: ad rōnes poſt oppm̄.



Ad rōnes contrarias. Ad primā negatur maior: ad ꝓbationem nega
tur cōſequentia: qꝛ ad hoc ꝙ terius ꝓ re aliqua
ſupponat non ſufficit ꝙ ſignificet illā ⁊ ipſa ſit ⁊
terius ille ponat in ꝓpōne de preſenti: vt ptꝫ de
ly chimera ſigante oīa entia: ⁊ de ly hō ſigante
oēs hoīes in iſtis ꝓpōnibus chimera currit hō
hinnibilis ſedet: lꝫ requirit ꝙ poſſit de illa veri=
ficari mediante copula illiꝰ ꝓpōnis vel median
te alia in qua eodēmodo accipiat: lꝫ autē caſu
predicto retēto ly albꝰ ſortē ſignificet ⁊ ſortes ſit
nō tñ ſupponit ly albꝰ ꝓ ſorte in illa ꝓpōne ſor=
tes eſt albꝰ eo ꝙ nō pōt ꝓ noīe ſortem demōſtrā=
te verificari. Ad cōfirmationē cōcedit ꝯña: ⁊ cō
Ad confirmationem. ſequēs ſcꝫ ꝙ ly albū ſigt oīa colorata ſaltē oīa co
lorata ſigat: ſed nō facio vim in appellatione: ⁊
eodēmodo dicat de illis teris nigrū rubeū palli
dū ⁊ ſic de alijs teris cōibꝰ rē coloratā ſigntibꝰ.
Et hoc poſſet ꝓbari qꝛ cū hec ꝓpō ſit affirmati=
ua vera oē coloratū pōt eſſe albū: optꝫ p̄dicatū
pro oī illo ſupponere ꝓ quo ſupponit ſubiectū:
ſed ſubiectū ſupponit ꝓ oī colorato: ḡ ⁊ predica
tū ⁊ ꝑ cōſequēs oīa colorata ſigat. Ad ꝓbationē
falſitatis cōſequētis cōcedit antecedēs ⁊ negat
cōſequētia: qꝛ lꝫ ly albū mētale nō ſit naturalis
ſilitudo nigrorū: ipſum tñ eſt nigroꝝ naturalis
ſilitudo: quapropter nigra repreſentat. Unde ē
dña inter has ꝓpōnes: ly albū mētale eſt natu=
ralis ſilitudo nigrorū ⁊ ly albū mētale ē nigroꝝ
naturalis ſilitudo: qꝛ in pma ly nigrorū appel=
lat ſuā rōnē ꝓpriā rōne illius ꝯplexi naturalis
ſilitudo qd ſigat actū aīe interiorēꝫ ⁊ precedit ly
nigrorū: ⁊ eſt ſenſus ly albū mētale eſt natura=
lis ſilitudo nigrorū ſub rōne nigrorū: q̄ quidem
ſenſus eſt falſus: in ſcda vero ly nigroꝝ appellat
ſuā rationē cōeꝫ eo ꝙ nō ſequit terim ſignificātē
actū aīe interiorē ſed precedit: ⁊ eſt ſenſus ly al=
bum mētale eſt nigrorū naturalis ſilitudo ſub
ratione nigrorū aut ſub alia ratione: ⁊ hoc ē ve
rum qꝛ eſt nigrorū ⁊ aliorū coloratorū natura=
lis ſilitudo ſub rōne alboꝝ: analogia eſt de iſtis
propoſitionibꝰ cōceptꝰ ſortis eſt cōceptꝰ aīalis
cōceptꝰ ſortis eſt aīalis cōceptus: quarū prima
paſſim negat: ſecūda vero cōcedit: ⁊ ita de mul
Ad ſcdm. opinio. tis alijs. Propter ſecundā rationē dicūt aliq ꝙ
ſi terius vocalis aut ſcriptꝰ quē nunc ſigat ali=
quis terius ſcde intentionis deponeret a ſua ſi=
gnificatione ille nō plus ſignificaret ꝑ illū terim
ſcde intētionis: vt ly amās nūc ſignificat per ly
participiū ⁊ ly hō ꝑ ly nomē: ⁊ ſi ly amās ⁊ ly hō
deponerent a ſuis ſignificationibꝰ ita ꝙ nihil
niſi ſe ſigarent: illa nō plus ſigarent ꝑ ly partici
pium ⁊ ly nomē: hoc tenet georgius bruxelleñ.
in tertia queſtione ꝓhemij logice: ſiliter petrus
de aliaco in libello de cōceptibꝰ: ⁊ quidā aliꝰ in
tractatu de teris ſic inqēns: quāqꝫ iſte terius ens

iſtud ſignū hō repreſentet: nō tñ ea ratione qua
eſt ſigatiuū qꝛ eſto ꝙ hec vox hō caderet a ſua ſi
gnificatione nō minus ſignificaret ꝑ iſtū terim
ens: ſecus eſt de iſto terio nomē q̄ ſigat iſtud no
men hō ea ratione qua eſt ſigtiuū: qre ſi hec vox
hō caderet a ſua ſigatione nō amplius ſigaret
per iſtū terim nomē. Et ꝓbat illud qꝛ ſequit q̄=
cunqꝫ demōſtrato hoc non eſt ſigatiuum ḡ hoc
Reprobatio. pmo. nō eſt nomē. Sed hec ratio nihil valet ad ꝓban
dum ꝙ ly nomē nō ſignificet ly hō: ſi ly hō non ſit
ſigatiuū: nō eñ ſequit hec ꝯña eſt bona hoc nō
eſt ſigatiuū ḡ nō eſt nomē demōſtrando ly hō: ḡ
ly nomē nō ſigt ly hō niſi ly hō ſit ſignificatiuū:
ſed preciſe ſequit ꝙ ly nomē nō ſupponit pro ly
homo mediante copula nō ampliata neqꝫ am=
pliatiua niſi ly hō ſit ſigatiuū: eodē eñ modo ꝓ
baret ꝙ ly albū qd nunc ſigat ſortē qui eſt albꝰ
nō ſtatim illū ſigaret ſi ſortes eſſet niger: qd i ra
tionibꝰ factis ante oppoſitū patuit eſſe falſum.
Probaret eñ hoc mō: bene ſequit quocūqꝫ de=
mōſtrato hoc nō eſt res habēs albedinē ſufficiē=
tem denoīare totū ḡ nō eſt albū ḡ ly album non
ſigat ſortem niſi ipſe habeat albedinē ſufficien=
Secundo. tem denoīare totū. Item ille idē oppoſitū dicto
rum ſuoꝝ in tractu de teris habet in pmo tracta
tu ſummularū paulo ante diuiſionē ſoni ſic eñ
inqt: cōceptꝰ vltimatꝰ huius vocis participiū ē
nūc naturalis ſilitudo oīm pticipiorū mētaliū
vocaliū ⁊ ſcriptorū: pono ꝙ oīa pticipia vocalia
⁊ ſcripta cadāt ab eorū ſigationibꝰ tunc ille cō=
ceptus erit naturalis ſilitudo earundē rerum
adequate quarū ante erat: ḡ illo tūc mltas res
ſigabit nō ea rōne qua ſunt ſigatiue ſcꝫ illas vo
ces q̄ prius erant pticipia ⁊ ceciderūt a ſuis ſi=
Tertio. gnificationibꝰ. Itē dicta iſtoꝝ ſatis ꝓbata ſūt
eſſe falſa ꝑ argumēta ante oppoſitū. Propterea
Alia ſolutio. cōformiter de teris ſcde intētionis dicēdo ad ea
que predicta fuere de teris cognotatiuis pme in
tētionis ad ſecundā rationē cōceſſa antecedētis
pria parte negat ſcda: ad ꝓbationē cōceſſo añte
negat ꝯña: ad ꝓbationē negat aſſumptū: ⁊ vl=
tra negat ꝙ terius dicat ſigre rem ea rōne q̄ eſt
ſignū qꝛ ſic ſe hꝫ ꝙ nō ſigaret illā ſi ipſa nō eēt ſi=
gnū. Et ſi queras qd ḡ ē ſigre ea rōne q̄ ipſa ē ſi
gnū. Reſpōdet ꝙ eſt ſigare rē cognotādo illā eē
ſignū aut inferiori mō ad illū modū cognotādi.
Corollarium. Ex quo ptꝫ falſū eē qd dicit qdā ſcꝫ ꝙ cōceptꝰ vl
timatꝰ huiꝰ vocis pticipiū ſigat pticipia mēta
lia ea rōne q̄ ſunt ſigna ⁊ ſigat vocalia ⁊ ſcripta
pticipia nō ea rōne q̄ ſūt ſigna: ⁊ ſic ꝯñr ꝙ ille cō
ceptꝰ ē ſcde itētiōis i ordine ad pticipia mētalia
⁊ pme i ordine ad vocalia ⁊ ſcripta: nā ille cōce=
ptus eadē rōne ⁊ eodēmodo ſigndi ſigt pticipia
mētalia ſcripta ⁊ vocalia: ſi ergo ſignificet men
talia ea ratiōe qua ſunt ſigna: etiā ſignificabit



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

vocalia ⁊ ſcripta ea ratione qua ſūt ſigna: ⁊ qñ
ipſa vocalia aut ſcripta nō erūt ſigna ꝓpoſitio=
nalia: adhuc ſignificabit illa ſꝫ nō ſupponet pro
illis niſi ſint ſigna ꝓpoſitionalia. Et ſic ptꝫ hāc
conſequētiā nō valere hic terius hanc rem ſigni
ficat ea ratione qua ipſa eſt ſignū ꝓpōnale ergo
nō ſignificabit eam qñ ipſa nō erit ſignum: ſicut
neqꝫ iſta valet: hic terius mētalis vltimatus al
bum ſortē ſignificat ea ratione qua habet albe=
dinē ḡ nō ſignificabit eum quādo ipſe nō habe=
Ad cōfirmationem ſecundi. bit albedinē. Ad cōfirmationē cōcedit cōſequē=
tia ⁊ conſequēs ſcꝫ ꝙ ille terius mētalis vltima
tus participiū ſignificat illā vocē buf: nā ſuppo
nit ꝓ ea in hac ꝓpōne ois vox pōt eſſe partici=
pium: cū eni illa ſit affirmatiua vera ⁊ ſubiectū
pro omni voce ſupponat ſequit etiā ꝙ predica=
tū ꝓ oi voce ſupponit ⁊ ꝑ cōſequēs oēm vocem
ſigāt ergo ⁊ illā vocē buf: ad probationē falſita=
tis cōſequētis conceditur ꝙ ly participium ſigāt
oēs voces: qꝛ ſi oēs voces imponerent ad ſi
gnificādū participialiter ſignificaret illas ⁊ eēt
illarū naturalis ſilitudo: ḡ anteqꝫ iponant etiā
ſignificat illas cū ſignificet naturaliter ⁊ ſit illa
rum naturalis ſilitudo: nā ſi ante impoſitionē
nō fuiſſet naturalis ſilitudo illarū: nunqꝫ poſſet
eſſe earū ſilitudo: ⁊ ſi poſt impoſitionē predictā
ſit earū naturalis ſilitudo ſemꝑ quādocūqꝫ fuit
fuit illarū naturalis ſilitudo: ⁊ vltra ꝯcedit ꝙ il
le predictus terius mentalis vltimatus partici
pium ſigāt oia entia ſi concedat ꝙ oēe ens pōt
Replica. imponi ad participialiter ſignificādū. Neqꝫ ſe=
quit ex hoc ꝙ eſſet trāſcendēs: nā ꝙ nō eſſet trā=
ſcendēs quo ad modū ſignificādi: ptꝫ qꝛ nō ha
beret modū ſignificādi generaliſſimū eo ꝙ non
Solutio. eſſet genus generaliſſimū cū haberet genus ſu=
pra ſe ſcꝫ ly ſignū ꝓpoſitionale: ḡ nō eſſet illo da
to trāſcendēs quo ad ſignificationē ſeu quo ad
modū ſignificādi: cōſequētia patebit in predica
mento ad aliquid vbi dicet ꝙ ly idem lꝫ ſignifi=
cet oia entia nō tamē eſt trāſcendēs quoad ſigni
ficationē ſiue quantū ad modum ſignificandi:
neqꝫ etiā eſſet tranſcendēs quo ad ſuppoſitionē
Notabile. q̄uis ꝓ omni ente ſupponeret: qꝛ ad hoc ꝙ ter
minus ſit trāſcēdēs quo ad ſuppoſitionē nō ſuf=
ficit ꝙ ſupponat ꝓ omi ente: ſꝫ requirit ꝙ ſuppo
nat ꝓ omni ente ſi ponat in ꝓpoſitione de pre=
ſenti ſine reſtrictione aut ampliatione: ⁊ ꝙ non
poſſit ſic poni in hmōi ꝓpoſitiōe quin etiā ſup=
ponat ꝓ omni ente: qđ nō poteſt dici de ly parti
cipum qꝛ pōt poni in tali ꝓpoſitione ⁊ tamē nō
pro omni ente imo neqꝫ pro aliquo ſupponet: vt
puta ſi nullū eſſet participiū: ſed ly ens ad aliqđ
⁊ ly qualitas captū vt eſt genus generaliſſimū
ſunt quo ad ſignificationē ⁊ ſuppoſitionem trā
ſcendētia: qꝛ habent oīa requiſita ad eſſe trā=
ſcendētia q̄tū ad modū ſigandi ⁊ ſuppoſitionē.
Circa ſecundū ante predicamētum: ſcꝫ eorū
que dicunt ⁊c. Idem Joannes tardiuel ait.

Ec prima diuiſio
valet ad cognoſcēdū q̄ teri in
pdicamēto repponunt: nā cō=
muniter dicit ꝙ teri compleri
nō repponunt in predicamē=
to: ſꝫ ſoli teri icōpleri. Et eſt di
uiſionis ſenſus: teriorū aliꝰ eſt ꝯplexus: alius
incōplexus. Terius cōplexus eſt cōceptus vlti=
Diſtin matus cōplexus vel aliqđ illi ſubordinatū: pri=
ma pars ponit pro teris mentalibꝰ vltimatis cō
plexis: ſcđa pro vocalibꝰ ſcriptis ⁊ mentalibus
nō vltimatis cōplexis. Eſt aūt cōceptus vltima Pri
tus cōplexus ille q̄ cōponit ex pluribꝰ concepti
bus partialibꝰ diuerſarū rationū debitā vnio=
nem ſeu cōnexionē adinuicē habentibꝰ: vt illa
oratio mētalis vltimata hō albus: ⁊ ſilr illa hō
eſt aial. Et notāter đr diuerſarū rationum qꝛ na
naturalis ſilitudo ſortis lꝫ ſit cōpoſita ex pluri=
bus cōceptibꝰ partialibꝰ quorū quilibet eſt cō=
ceptꝰ ſortis ⁊ ſortē repreſentat: nō eſt cōceptus cō
plexus: eo ꝙ illi cōceptꝰ partiales ſunt eiuſdem
rationis: nā quilibet eſt naturalis ſilitudo diſti
cta ſortis. Dicit etiam notāter debitā vnionem
⁊ cōnexionē adinuicē habentibꝰ: qꝛ cōceptꝰ ho
minis ⁊ cōceptus aſini ſi vterqꝫ in recto capiat
licet ſint diuerſarū rationū nō dicunt cōceptus
incōplexus: neqꝫ etiā conceptꝰ cōplexus: ſed di=
cunt diuerſi cōceptus totales qꝛ nō habēt debi=
tam cōnexionē adinuicem. Terius vero incō= Secu
plexus eſt cōceptꝰ vltimatꝰ incōplexus vel ali=
quid illi ſubordinatū: primi exemplū vt natu=
ralis ſilitudo ſortis: ſecūdi exemplū vt illa vox
ſortes. Conceptus vltimatꝰ incōplexus eſt ille q̄
nō cōponit ex pluribꝰ cōceptibus diuerſarū ra
tionū: vt naturalis ſilitudo abſoluta ſortis. In Nota
predictis diffinitionibꝰ diffiniunt cōceptꝰ vlti
matus cōplexus ⁊ cōceptꝰ vltimatus incōple=
xus: qꝛ cōceptus nō vltimatus nō đr cōplexus
aut incōplexus qꝛ cōponat vel nō cōponatur ex
partibꝰ diuerſarū rationū: ſed qꝛ ſubordinatur
cōceptui vltimato cōplexo aut incōplexo ſicut
⁊ vocalis ⁊ ſcriptꝰ: nā cōceptꝰ nō vltimatꝰ illiꝰ
vocis ſortes ē icōplexus: ⁊ tñ cōponit ex ꝑtibꝰ di
uerſarū rationū: q̄rū vna eſt naturalis ſilitudo
illiꝰ ſillabe ſor: ⁊ altera ē naturalis ſilitudo illiꝰ
ſillabe tes. Nō eſt tñ iprobabile dicere ꝙ ꝯceptꝰ
nō vltimatꝰ illiꝰ vocis ſortes ē ꝯplexus i ſigñdo
vocē illā: ⁊ ꝙ ex partibꝰ diuerſarū rationū cōpo
nit ſcꝫ ex naturali ſilitudine illius ſillabe ſor: et
naturali ſilitudie illiꝰ ſillabe tes: ē tñ icōplexus
in ſignificādo ſortem: ⁊ ſic idē conceptus reſpe=



ctu diuerſorū eſt complexus ⁊ incōplexus: ⁊ de
ſimilibꝰ ſilr diceretur. Dicunt autem partes cō
ceptus eē eiuſdē rationis quādo quelibet ſigni
cat idē adequate ⁊ eodēmodo ſicut q̄libet alia:
ſiue quādo quelibet eſt cuilibet alteri parti illiꝰ
cōceptus ſinonima: vt partes cōceptus vltimati
illius vocis hō quarū quelibet oēs hoies na=
turaliter repreſentat. Sunt aūt partes ille diuer
ſarū rationū quando nō ſunt ſinonime: vt par=
tes illius mētalis vltimate homo eſt aial: in illa
enim ille tres partes hō eſt aial non ſunt ſinoni
Cōtra diffinitiōes membrorum. me. Sed cōtra predicta arguitur: nullus conce
ptus habet partes ergo nullus cōceptus cōpo=
nitur ex partibus diuerſarū rationū: cōſequen
tia nō eſt dubia: aſſumptū ptꝫ quia quilibet cō
ceptus exiſtēs in aia rationali ſaltē eſt in ſubie=
cto indiuiſibili: ergo ē indiuiſibilis: ⁊ vltra eſt
Secundo. indiuiſibilis ḡ non habet partes. Secundo ſic:
ſubiectū ⁊ predicatū huius ꝓpoſitionis menta
lis vltimate ois hō eſt hō nō ſunt cōceptus diuer
ſarū rationū: ⁊ tamē faciunt cōceptum cōplexū:
Ad primū ergo diffinitio cōceptus cōplexi nō eſt bona. Ad
primū iſtorum diſtinguit antecedens ſcꝫ conce
ptus nō habet partes vel partes facientes extē=
ſionē ſic ⁊ conceditur: vel partes faciētes intēſio=
nem ⁊ ſic negat: ad ꝓbationem cōcedit antece=
dens: ⁊ diſtinguit cōſequēs: vel ꝙ ſit indiuiſibi
lis extēſiue ⁊ ſic cōcedit: vel intēſiue ⁊ ſic negat.
Replica. Et ſi arguas: ſequit bene talis cōceptus eſt diui
bilis intēſiue ḡ eſt diuiſibilis: cōcedo cōſequen=
tiam: ⁊ ſi vltra arguas ſequit bene eſt diuiſibi=
lis ḡ non eſt in ſubiecto indiuiſibili: nego conſe
Solutio. quētiam: ſed ſequit eſt diuiſibilis extenſiue er=
go non eſt in ſubiecto indiuiſibili: dico enim ꝙ
diuiſibile extenſiue nō poteſt eē in ſubiecto indi
uiſibili: ſed diuiſibile intēſiue tantū poteſt eē in
Diſtinctio ſubiecto indiuiſibili. Quadruplex autē eſt di=
uiſibile ſcꝫ diuiſibile extēſiue ⁊ non intēſiue: di=
uiſibile intēſiue ⁊ nō extēſiue: diuiſibile intēſiue
⁊ extenſiue: ⁊ diuiſibile qđ neqꝫ eſt diuiſibile ex
tenſiue neqꝫ intēſiue: ⁊ dicit diuiſibile diſcreti=
ue tantū. Diuiſibile extēſiue ⁊ nō intēſiue eſt qđ
eſt extēſum: hoc eſt cuius vna pars ē extra aliā
⁊ nō poteſt intēdi aut remitti vt quelibet ſubſtā
tia materialis. Diuiſibile intēſiue eſt qđ habet
partes ⁊ poteſt intēdi ⁊ remitti: ſed nō eſt exten=
ſum neqꝫ habet vnā partē extra aliā ſed omnes
eius partes ſimul ſunt ⁊ penetratiue ſe habent:
ita ꝙ in loco adequato in quo eſt vna pars ibi
ſunt ⁊ oēs alie vt qualitates in aia rationali
exiſtētes. Diuiſibile intēſiue ⁊ extēſiue eſt qđ po
teſt intēdi ⁊ remitti: ⁊ eſt extēſum: vt accidentia
materialia ſicut frigiditas aque inherens: ipſa
enim intēdi poteſt ⁊ remitti: ⁊ eſt extenſa ad ſui
ſubiecti extenſionē. Diuiſibile diſcretiue tm̄ eſt
quod neqꝫ eſt extēſum neqꝫ intēdi poteſt aut re
mitti: ſꝫ habet partes indiuiſibiles: vt numerus
decē angelorū ⁊ numerus decē animarū ratio=
nalium. Ad ſecundū cōcedit maior ⁊ negat mi Ad ſcđm.
nor: imo dicitur ꝙ eſt vnus cōceptꝰ ſimplex qui
eſt ſubiectū ⁊ predicatum ſcꝫ naturalis ſilitudo
oim hominū: alia tamen ratione dicit ſubiectū
⁊ alia ratione predicatū: dicit enim ſubiectum
quia de illo enunciatur aliqđ ſcꝫ ipſemet: dicit
autē predicatum qꝛ enunciatur de aliquo ſcꝫ de
ſeipſo. Ex quo ſequit ꝙ eſt aliqua ꝓpoſitio mē
talis que cōponit ex duobus teris tantū: vt illa
homo eſt homo cōponit ex naturali ſilitudine
hoim ⁊ actu verbali. Sed tūc quereret aliquis Replica.
qualiter ergo ſignificat ille actus verbalis: non
enim ſignificat vnionē extremorū cum nō ſint.
Dicit ꝙ denotat illū cōceptū de ſeipſo enūciari Solutio.
affirmatiue. Sed argueres ergo in illa propoſi=
tione nō ſunt extrema: dicit ꝙ ſunt virtualiter
tantū: eo ꝙ eſt vnus terius ſupplēs vices duorū
extremorū ſcꝫ naturalis oim hoim ſilitudo que
vt dictū ē: eſt ſubiectū ⁊ predicatū. Dicūt tamē Opinio.
aliqui ꝙ ibi ſunt duo extrema realiter diſticta:
quorū vnum eſt ſubiectū aliud vero predicatū
⁊ vtrūqꝫ illorꝫ eſt naturalis ſimilitudo abſoluta
oim hoim: ⁊ ſunt cōceptus ſinonimi. Sed cōtra Impugnatur.
hoc arguit ſic: illi duo cōceptꝰ ſolū numero dif=
ferūt: cū ſint ſinonimi ⁊ ſunt in eodem ſubiecto
adequato igit faciunt vnū conceptū: cōſequē=
tia ptꝫ auctoritate Ariſtotelis q̄nto methaphiſi
ce dicentis: impoſſibile eſt duo accidētia ſolum
numero differētia eſſe in eodē ſubiecto adequa
to: quod ab interpretibꝰ ſic ſolet exponi: impoſſi
bile eſt duo accidētia ſolum numero dr̄ia eſſe in
eodem ſubiecto adequato quin faciāt vnum ⁊
ſe mutuo intendāt. Et ſi dicat ſicut dicūt okam Solutio.
⁊ gregorius ariminēſis ꝙ illud eſt intelligendū
de accidentibꝰ materialibꝰ. Cōtra ſi nō intelli= Replica.
geretur de accidentibꝰ ſpiritualibꝰ ſicut de ma
terialibꝰ ſequeret ꝙ nullū accidens ſpirituale
eſſet intenſibile: quod eſt falſum: nā ſcientia opi
nio formido vicia in aia exiſtētia poſſunt intē=
di ⁊ remitti vt cōiter dicit: ⁊ cōſequētia tenet qꝛ
ſi aliqua qualitas ſpiritualis intendat oportet
ꝙ ipſa cōponat ex partibꝰ ſolū numero differē=
tibus ⁊ vnā totalē qualitalem facientibus: ſed
hoc nō cōtigit in illis noticijs ſimplicibꝰ: vt hoc
modo dicēdū eſt: ḡ eadē ratione neqꝫ in accidē
tibꝰ alijs ſeu qualitatibꝰ. Et cōfirmat aliq̄ acci Secundo.
dētia ſpiritualia ſeu in aia exiſtētia ſolum nu=
mero dr̄ia ⁊ oīno eiuſdē rationis faciūt vnū ḡ ⁊
oia: cōſequētia tenet qꝛ nō videt maior ratio de
aliquibꝰ q̄ꝫ de alijs: cū ſint in eodē ſubiecto ade
quato: aňs ꝓbat de ꝑtibꝰ cōceptꝰ ſortis de ꝑti=
bus cōceptus hois ⁊ de partibus aliorum con=



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ceptuū incōplexorum. Cōmuniter enim cōceditur ꝙ huiuſmodi cōceptus habent partes: nā ſi nō haberent partes: neqȝ etiam ſcientia opinio formido virtus vicium que ſunt in anima haberēt partes: ⁊ ſic nō poſſunt intēdi ⁊ remitti: quod cōiter negatur: ⁊ oppoſitum cū difficultate ſuſtineretur.

Alia opio

Dico ꝙ illa ꝓpoſitio Ariſtotelis veritatem habet de accidentibus corporalibus ſeu materialibꝰ ⁊ de accidentibus ſpiritualibꝰ ſeu in aīa exiſtentibꝰ: ⁊ in illa mētali vltimata omnis homo eſt homo: incōplexus conceptus idem numero eſt ſubiectū ⁊ predicatum. Sȝ argueret aliquis ꝙ illa eſt falſa cū predicatū diſtribuat. Reſpōdetur ꝙ pdicatū ꝗuis diſtribuat. non tñ niſi ſcdm ꝙ ſubiectū: ⁊ ꝓpterea illa eſt vera: ergo cōcedendū ꝙ idem terius i numero ſtat diſtributiue ⁊ cōfuſe tantū.

Correlarium.

Ex dictis ſeqtur cōceptū nō ideo dici cōplexum qꝛ ſit cōpoſitus ex partibus: nā ſic ois cōceptus eſſet cōplexus cum ois cōceptus habeat plures partes: ſed dicit cōplexus ꝓpter ratione ſuperius poſitā.

Scdm.

Secundo ſeqtur ꝙ chimera eſt terius cōplexus. Et ſi queras nonne pōt capi incōplexe: dicit ꝙ nō ſaltem ſecundū illā ſignificationē: qꝛ nō pōt ſupponere reſpectu illius verbi poteſt: ⁊ ois terius incōplexus poteſt ſupponere reſpectu illius verbi pōt: dicit eni phus tertio de aīa ꝙ ois intellectio ſimplex eſt vera: qđ ſic ſolet exponi: oīs cōceptus incōplexus pōt ꝓ aliquo ſupponere reſpectu illius verbi poteſt ſine alia ampliatione.

Dubium.

Quereret ſecūdo aliqs quare terius qui nō poteſt ſupponere reſpectu huius verbi poteſt nō pōt capi incōplexe.

Reſponſio

Dicitur ꝙ ratio eſt qꝛ ꝯceptus illius ſignificat impoſſibile: modo de impoſſibili nō pōt haberi ꝯceptus incōplexus: cuius cauſa eſt nā cōceptus incōplexus mediate vel īmediate cauſatur a noticia ſenſitiua rei ꝑ ipſum ſignificate: de impoſſibili autē nō poteſt haberi noticia ſenſitiua īmediate: quia non pōt īmediate ſenſu ꝑcipi: neqȝ mediate: ſicut deū mediate cognoſcimus ꝑ noticiam ſenſitiuā ſcȝ per ſenſationē ſuorū effectuū: cū īpoſſibile nō poſſit aliquos habere effectus. Pōt tamē cōceptꝰ cōplexus haberi de impoſſibili: qꝛ ꝯceptus cōplexus cauſat a cōceptibus incōplexis: vt ꝯceptus repreſentās chimerā cauſatur a cōceptibus iſtis incōplexis ens cōpoſitū ex his que nō poſſunt cōponi: qui quidē cōceptus faciunt vnū cōceptū totalem cōplexum.

Tertiū correlarium.

Tertio ſequit ꝙ hoc totū homo eſt aial eſt terius incōplexus ſi imponat ad ſignificandum idem ⁊ eodēmodo qđ ⁊ quō ſignificat ille terius ſortes: ⁊ ſi ponat caſus ꝙ remanentibus ſignificationibꝰ ſuarū partium quas nunc ille partes habēt illud totū imponat vt dictū ē: etiā erit terius incōplexus: ⁊ cū hoc erit terius cōplexus: ſed hoc erit equiuoce: illo enim caſu poſito erit indiuiduū ſicut ly ſortes igit erit terius incōplexus: erit etiā ꝓpoſitio ratione ſignificationis ſuarū partium ergo erit terius complexus. Ex quo patet error dicētiū ꝙ illo poſito erit terminus incōplexus ⁊ ꝙ nullo modo erit terinus cōplexus: eo ꝙ ſignificatio totius nō oriret tunc a ſignificationibꝰ partiū: hoc eni eſt falſum: nā licet ſignificatio incōplexa nō oriret tūc a ſignificationibꝰ partiū: bene tamē ſignificatio cōplexa: ſecūdū ꝗ ſignificabit hoīem eſſe aial.

¶ Dubitatur de teris cognotatiuis vt albū nigrū vtrū ſint teri complexi autē incomplexi. Arguitur ꝙ ſint cōplexi qꝛ equiualēt cōplexis ergo ſunt cōplexi: antecedēs ptȝ qꝛ albū equiualet huic cōplexo res habens albedinē ſufficienter denoiare totū album: ⁊ cōſimiliter diceret de ly nigrū ⁊ alijs: cōſequētia tenet qꝛ de equiualētibus idē eſt iudicium. Secūdo ſic cōceptꝰ correſpōdens illi voci album eſt cōplexus ꝗ ille terius vocalis albū eſt cōplexus: cōſequētia tenet ꝑ diffinitionē teri cōplexi: antecedēs ꝓbatur qꝛ conceptus ille cōponit ex partibꝰ diuerſarū rationū ergo eſt cōplexus: aſſumptū ꝓbatur quia cōponit ex conceptu ſubſtātie albe ⁊ cōceptu albedinis qui ſunt cōceptꝰ diuerſarum rationū: quod ſi neget ſed dicatur ꝙ eſt conceptus ſimplex repreſentatiuus ſubſtātie ⁊ accidētis. Cōtra nullus eſt cōceptus ſubſtātie ⁊ accidētis repreſentatiuus igitur: aſſumptū ptȝ qꝛ duarū rerum nō poteſt eſſe eadē naturalis ſilitudo ergo neqȝ idē cōceptus cū conceptus ſit naturalis ſilitudo. In oppoſitū arguitur ꝓbando ꝙ ſunt teri incompleri quia ſunt in predicamēto igitur ſunt incōplexi: conſequētia tenet qꝛ ſoli teri incōplexi in predicamēto repponunt. Scdo ſic niſi eſſent teri icōplexi ſequeretur ꝙ nulli teri mentales eſſent cognotatiui: ſed cōſequēs eſt falſum: igitur ⁊ antecedēs: cōſequentia ꝓbatur qꝛ ſi tales teri eſſent cōplexi quilibet illorū ſubordinaretur pluribꝰ cōceptibus quorū nullus eſſet cognotatiuus igit nec totus cōceptꝰ: falſitas cōſequētis ptȝ qꝛ ſi nulli teri mētales eſſent cognotatiui nulli vocales eſſent cognotatiui ⁊ ſic nulli eſſent teri cognotatiui: ⁊ per cōſequēs fruſtra ponerētur predicamenta ꝑ illis. Tertio ſic niſi eſſent teri incōplexi ly albū equiuoce ſignificaret ſubſtātiam albā ⁊ albedinem qđ eſt falſum: cōſequētia ptȝ qꝛ ſignificaret illa mediantibꝰ diuerſis conceptibus igitur et equiuoce. Ad dubium dicunt aliqui ꝙ ſunt cōplexi et mouentur rationibus ante oppoſitum factis: ⁊ ſecundū illos album ſubordinatur cōceptui cōpoſito ex cōceptu ſubſtātie albe ⁊ cōceptu albedinis. Et ad rōnes poſt oppoſitū: ad primā cōceditur antecedēs ⁊ negat cōſequētia: ad ꝓ-



Ad primā

bationē negatur aſſumptū: imo dꝛ ꝙ multi termini ſunt cōplexi q̄ tamē ſunt in predicamēto.

Replica.

Sed cōtra qua ratione aliquod cōplexum eſſet in pdicamēto eadē ratione ⁊ oia cōplexa eſſent in pdicamēto: ſȝ cōſequēs ē falſum eo ꝙ ꝓpōnes nō ſunt in predicamēto ꝗ ⁊ antecedēs: cōſequētia ꝓbat qꝛ nō videt maior ratio ꝙ vnū ꝯplexū ſit in predicamento ꝗ aliud.

Solutio.

Reſpondet negādo cōſequētiam: ad ꝓbationē negat aſſumptū ⁊ ratio eſt qꝛ non oēs teri cōplexi ſunt complexi eadem cōplexione.

Diſtinctio

Eſt eniȝ duplex cōplexio ſcȝ diſtans ⁊ indiſtās: cōplexio diſtans eſt cuius extrema diſtāt ab inuicē ꝑ verbū: vt homo eſt aial: aut cōiunctionē: vt ſortes vel plato aut aliqđ ſimile: ⁊ huiuſmodi cōplexum impedit terīm ne repponat in predicamēto. Alia ē cōplexio indiſtans ſcȝ cuius extrema ſe habēt per modū determinationis ⁊ determinabilis: vt homo albus.

Subdiuiſio.

Triplex aūt eſt cōplexio idiſtās quedā eſt cōplexa ex duobꝰ teris cognotatiuis: vt albū currēs: alia ex duobꝰ abſolutis vt aial homo: ⁊ iſte due impediūt ne terius i predicamēto repponatur: alia eſt indiſtās cōpoſita ex abſoluto ⁊ cognotatiuo: vt res alba hō albꝰ ⁊ illa nō impedit quin terius ſit in predicamēto.

Ad ſecūdā

Ad ſecundū pōt cōcedi cōſequētia cū conſequēte: ad probationē falſitatis cōſequētis negat cōſequentia qꝛ nō oē quod de mentalibꝰ teris negat ⁊ de vocalibus. Uel aliter ad rationē dicit negādo cōſequētiā: ad ꝓbationē concedit aſſumptū ſed negat cōſequentia: qꝛ nō incōuenit aliq đ cōplexum eē cognotatiuū ⁊ tñ ꝙ nulla pars ipſius ſit cognotatiua.

Ad tertiā.

Ad tertium negat cōſequentia: ad probationē cōcedit antecedēs ⁊ negat cōſequētia: qꝛ ad hoc ꝙ terius ſignificet aliqua equoce nō ſufficit ꝙ ſignificet illa mediantibꝰ diuerſis conceptibus: nam tunc illa ꝓpoſitio homo eſt aſinus ſignificaret hoies ⁊ aſinos equiuoce: ſȝ requirit ꝙ ſignificet illa mediantibꝰ diuerſis cōceptibus totalibꝰ nō ſinonimis: ſecundū aūt hāc opinionem licet ly albū ſignificet rem albaȝ mediante vno cōceptu ⁊ albedinē mediante alio: illi tamē cōceptꝰ nō ſunt totales ſȝ ꝑtiales eo ꝙ cōſtituūt vnū totalē conceptū cōplexum quapropter non ſignificat illa equiuoce ſed vniuoce.

Alia opio

Alij tenent ꝙ huiuſmodi teri ſunt incōplexi: ⁊ probāt rationibus poſt oppoſitū: ⁊ ſecundū hanc viā quelibet cōplexio tā indiſtans ꝗ diſtans ſufficienter impedit repoſitionē teri i predicamento.

Ad rōnes cōtrarias.

Ad rationes ante oppoſitū diſtinguit antecedens vel in ſignificādo ⁊ ſic negat vel in cōſequendo ⁊ ſic concedit: ſed negatur conſequentia:

Ad primā

ad probationē dicit ꝙ licet de equiualentibꝰ in ſignificādo ſit idem iudiciū nō tamen de equiualentibꝰ in cōſequendo.

Diſtinctio

Dupliciter enim teri dicunt equiualentes ſcȝ in ſignificādo ⁊ in cōſequēdo. Teri dicunt equiualētes in ſignificando qui ſignificāt idem adequate ⁊ eodēmodo ſicut teri ſinonimi: vt lapis petra ſaxum. Teri aūt ſunt equalentes in cōſequēdo q̄ ſic ſe habēt ꝙ ꝓpoſitio de eſt ſcdo adiecēte in qua vnus eſt ſubiectū ſequit ad ꝓpoſitionē de eſt tertio adiacēte in qua alter eſt etiā ſubſtiectū ſicut ſunt teri cōuertibiles: vt homo ⁊ riſibile: albū ⁊ habens albedinē.

Ad ſecūdā

Ad ſecundū negat antecedēs: ad ꝓbationem negat aſſumptū: ad ꝓbationem etiā negat aſſumptū imo dꝛ ſicut in argumēto dictum eſt ꝙ cōceptus illius teri albū eſt conceptꝰ ſimplex repreſentatiuus ſubſtātie ⁊ accidētis: ⁊ ad id qđ ſequit negat aſſumptū: ad ꝓbationē diſtinguit antecedēs ſcȝ ꝙ duaꝝ rerū nō poteſt eadē eſſe naturalis ſimilitudo: aut naturalis ſilitudo diſticta ⁊ ſic concedit aut cōfuſa ⁊ ſic negat: dicit autē ꝙ cōceptus cui ſubordinat ly albū eſt naturalis ſimilitudo confuſa cōfuſe repreſentās ſubſtātiam albā ⁊ albedinem: ſicut dicimus ꝙ ꝯceptus illiꝰ vocis ens eſt naturalis ſimilitudo confuſa oīm entiū tam ſubſtātiarū ꝗ accidentiū.

Dubium.

Sed q̄reret aliquis nunq̄d ſecūdū hāc opinionē ly albū poteſt capi cōplexe ſignificādo ſubſtantiā albā ⁊ albedinem.

Reſpōſio.

Reſpōdet ꝙ ſic nā poteſt capi dupliciter: vno mō vt ſubordinat vni conceptui incōplexo cōfuſe repreſentāti ſubſtātiam albā ⁊ albedinē ⁊ ſic capit incōplexe vt dictū eſt: alio mō vt ſubordinat cōceptui cōplexo ex cōceptu diſtincto ſubſtātie i recto ⁊ cōceptu diſtinctio albedinis in obliquo ⁊ ſic capit cōplexe ⁊ eſt terius cōplexus: de ſimilibꝰ dicatur ſimiliter.

Dubium.

Quereret vlterius aliquis an ita ſit dicendū de oibꝰ teris cognotatiuis ſicut de ly albū ſuperius dictū eſt.

Expoſitio

Reſpōdetur ꝙ nō: ſunt enim aliq̄ teri cognotatiui ſimplr ꝯplexi q̄ ſecundū ſignificationē quā habent non poſſunt capi incōplexe: vt chimera hyrcoceruus ⁊ ſiles qui non poſſunt ſupponere reſpectu illius vbi pōt: alij ſunt teri cognotatiui ſimplr vt incōplexi ſedens ſtans tunica ⁊ ſimiles quorū formale idētificat cum materiali. De verbis adiectiuis dicunt aliq̄ illa eſſe complexa quorū vtrūqȝ probabile eſt: hmōi opiniones qꝛ ab alijs ampliſſime recitate ſunt miſſas facio.

Notabile.

Circa ſecundā diuiſionē ante predicamentalem notandum eſt ꝙ dici de ſubiecto eſt de aliquo quiditatiue predicari tanꝗ de ſuo inferiori: vt aial dicit de homine tanꝗ de ſubiecto quia hec eſt predicatio quiditatiua hō eſt aial: ⁊ ſimiliter quodlibet ſuperius dicitur de ſuo inferiori tanꝗ de ſubiecto: eſſe in ſubiecto eſt predicari accidentaliter ⁊ directe. Ex predictis ſequitur ꝙ dr̄ia eſſentialis vt rationale neqȝ dꝛ de ſuo ſubiecto vt de ly homo tāꝗ de ſubiecto: eo ꝙ

hec non eſt quiditatiua hō eſt rationalis: neqꝫ eſt in ſubiecto reſpectu illius: nā hec nō eſt accidentalis hō ē rationalis: oīs eñ differētia eſſentialis de ſuo ſubiecto eſſentialiter ⁊ ī quale predicaꝭ. Secūdo ſequiꝭ ꝙ ſenſus diuiſionis eſt talis: eorū que ſunt in predicamēto quedā predicatur de aliquo q̇ditatiue tanqꝫ de ſuo inferiori ⁊ de nullo predicanꝭ accidētalr̄ directe: vt gña ⁊ ſpēs de predicamēto ſubſtātie. Quedā neqꝫ p̄dicanꝭ de aliquo q̇ditatiue tanqꝫ de ſuo inferiori: neqꝫ de aliquo predicanꝭ accidētaliter directe: vt indiuidua ď predicamēto ſubſtātie. Quedā de aliquo q̇ditatiue predicanꝭ tanqꝫ de ſuo inferiori ⁊ de aliquo predicanꝭ accidentalr̄ directe: vt genera ⁊ ſpēs de predicamētis accidētalibꝰ. Sūt aūt predicamēta accidētalia oīa alia a predicamēto ſubſtātie: q̄ dicunꝭ accidētalia qꝛ ſūt terī accidētales ſeu cognotatiui. Alia vero predicanꝭ de aliquo accidētaliter directe ſꝫ de nullo predicanꝭ q̇ditatiue tanqꝫ de ſuo inferiori: vt indiuidua de predicamētis accidentalibꝰ. Tertio ſequiꝭ ꝙ oē ſupius ď de ſuo inferiori tāqꝫ de ſubiecto: ſed nō oē ſuperius eſt in ſubiecto: ſed ſola ſuperiora q̄ ſunt de predicamētis accidentalibꝰ. Quarto ſequiꝭ ꝙ nullū indiuiduū diciꝭ de ſubiecto: licet aliqua indiuidua ſint in ſubiecto vt puta indiuidua de predicamētis accidētalibꝰ. Quinto ſequiꝭ ꝙ diuiſionis huius mēbra cōplectunꝭ oēs terios in predicamento repponibiles: nā oē qđ in predicamēto repponitur aut eſt genus vel ſpēs in predicamēto ſubſtātie: aut genus vel ſpēs in aliquo predicamento accidētali: aut īdiuiduū de predicamēto ſubſtantie: aut indiuiduū de aliquo predicamēto accidētali: ſi primū illud ď de ſubiecto ſed non eſt in ſubiecto: ſi ſecundū ď de ſubiecto ⁊ eſt in ſubiecto: ſi tertiū neqꝫ ď de ſubiecto neqꝫ eſt in ſubiecto: ſi quartū eſt in ſubiecto ſed nō diciꝭ de ſubiecto. Contra predicta arguiꝭ ſic: iſte terius mētalis aīal eſt genus de predicamēto ſubſtātie ⁊ tamē eſt in ſubiecto ꝫ male dictū eſt ꝙ genera ⁊ ſpēs de predicamento ſubſtātie dicunꝭ de ſubiecto ſꝫ nō ſunt in ſubiecto: maior ſupponiꝭ: minor ptꝫ qꝛ eſt in aīa tanqꝫ accidens ꝫ eſt in ſubiecto. Et ſi dicaꝭ ꝙ eē in ſubiecto hic capiꝭ ſcđe intentionalr̄ ꝓ predicari accidentaliter directe: ⁊ nō prime intentionaliter ꝓ eo qđ eſt alteri ſicut accidēs inherere: ⁊ cōcedaꝭ ꝙ ille terius mentalis aīal eſt in ſubiecto capiendo eē in ſubiecto ꝓme intētionaliter ſed nō capiendo ſcđe intētionaliter: ⁊ ſic nihil contra predicta. Arguiꝭ ꝙ ſit in ſubiecto capiendo eē in ſubiecto ſcđe intētionaliter qꝛ predicaꝭ de aliquo accidētaliter ꝫ eſt in ſubiecto capiendo eē in ſubiecto ſecūde intētionaliter: antecedēs ptꝫ qꝛ hec eſt accidentalis albū ē aīal. Et ſi dicaꝭ ſicut dicendū eſt cōcedēdo añcedēs ⁊ negādo cōſequentiā: nā ad hoc ꝙ terius ſit in ſubiecto nō ſufficit ꝙ predicetur accidētaliter: ſed requiriꝭ ꝙ predeceꝭ accidentaliter directe: modo illa eſt indirecta albū eſt animal eo ꝙ ibi predicaꝭ abſolutū de cognotatiuo: Arguiꝭ ſic hec predicatio ē accidētalis ⁊ directa riſibile eſt aīal: ⁊ predicatū eſt ly aīal ꝫ ly aīal p̄dicaꝭ de aliquo accidētaliter directe: minor eſt nota: maior ꝓbatur qꝛ ibi predicaꝭ magis cōmune de minus cōmuni igiꝭ eſt directa: tum ſecundo qꝛ ſi eſſet indirecta ſua cōuertens ſcꝫ aīal eſt riſibile eſſet directa: ſꝫ cōſequēs eſt falſum ꝫ ⁊ antecedēs: falſitas cōſequētis ptꝫ tum p̄mo qꝛ ſi illa eſſet directa aīal eſt riſibile due cōtrarie in materia naturali de ineſſe de preſenti de p̄dicatione directa eſſent ſimul falſe qđ eſt cōtra legem cōtrariarū: ꝯña ptꝫ de iſtis duabus oē aīal eſt riſibile nullū aīal eſt riſibile: tum ſcđo qꝛ tūc hec eſſet vera oē aīal eſt riſibile qđ eſt falſum: ꝯña probaꝭ qꝛ illa eſt vera aīal eſt riſibile ꝫ ⁊ iſta oē aīal eſt riſibile ſi ſit directa: antecedēs eſt manifeſtum: ꝯña probaꝭ qꝛ particularis in materia naturali de ineſſe de preſenti de predicatione directa equalet vniuerſali: ⁊ illa particularis eſſet de ineſſe de preſenti de predicatione directa ⁊ in materia naturali ꝫ equiualeret vlī: ⁊ per conſequens illa vl'is eſſet vera ſicut illa particularis. Ad hanc rationē ď ſicut in argumēto dictū eſt: ad id qđ ſequiꝭ ď etiā ſicut arguēdo dictū ē: pro ſolutione illiꝰ qđ ſequiꝭ. Notādū eſt ꝙ p̄dicatio directa capiꝭ duplr̄: vno mō large: et diffiniꝭ ſic. Predicatio directa ē illa in qua predicaꝭ ſuperius de ſuo inferiore: vel magis cognotatiuum de minus cognotatiuo: vl' eque cognotatiuū de eque cognotatiuo nō ſuperiore ad illud predicatū: vel cognotatiuū de abſoluto ſiue illud cognotatiuū ſit magis cōmune ꝙ abſolutum aut cōuertibile cū eo ſiue non: predicatio vero indirecta eſt illa in qua predicaꝭ iferius de ſuperiore: aut minus cognotatiuū de magis cognotatiuo: aut abſolutū de cognotatiuo: ſiue illud cognotatiuū ſit magis cōe ꝙ abſolutū aut cōuertibile cū eo ſiue nō: ⁊ hoc mō capiendo: illa ē idirecta riſibile ē aīal ⁊ illa directa aīal ē riſibile: hoc mō etiā capiēdo nō ē icōueniens duas ꝯtrarias de ineſſe de p̄ſenti de p̄dicatione directa eē ſimul falſas: hoc etiā mō capiendo particularis ī materia naturali ⁊ remota de ineſſe de preſenti ⁊ de predicatione directa nō ſemꝑ equiualet vlī: hoc ergo mō nō capiꝭ predicatio directa quando ď ꝙ particularis in materia naturali ⁊ remota de ineſſe de preſenti ⁊ de predicatione directa equiualet vniuerſali: ⁊ ꝙ due contrarie in materia naturaali aut remota de ineſſe de preſenti ⁊ predicatione directa non poſſunt ſimul eſſe falſe. Alio mō capitur ſtricte: ⁊ ſic deſcribiꝭ: predicatio directa eſt illa in qua predicaꝭ ſupiꝰ de ſuo inferiore: aut magis cognotatiuū de minus cognotatiuo: aut eque cognotatiuū de eque cognotatiuo nō ſupiori ad ipꝫ p̄dicatū qđ q̇dē cognotatiuū eſt magis cōe ꝙ illđ abſolutū aut cōuertibile cū eo: predicato idirecta eſt illa in q̄ p̄dicaꝭ iferius de ſuo ſupiore aut minꝰ cognotatiuū de magis cognotatiuo: aut abſolutū de cognotatiuo aut de abſoluto cognotatiuū minꝰ cōe ꝙ illđ abſolutū vt aīal eſt riſibile. Et hoc mō capiendo illa predicatio eſt indirecta riſibile ē aīal ⁊ ſilr̄ illa eſt indirecta aīal eſt riſibile: ⁊ hoc modo capiꝭ predicatio directa cū ď ꝙ ꝑticularis equalet vlī in materia naturali ⁊ remota in predicatiōe directa de in eſſe ⁊ de p̄ñti: ⁊ ꝙ ī materia naturali ⁊ remota due ꝯtrarie nunqꝫ p̄ñt ſimul eſſe falſe: ſi ſint de in eſſe de p̄ñti ⁊ de predicatiōe directa: ⁊ hic cū ď ꝙ terī de predicamēto ſubſtātie nō predicātur accidētalr̄ directe: neqꝫ valet ꝯña hec eſt indirecta predicatio riſibile eſt aīal ergo ſua ꝯuertēs eſt directa. Ex his pꝫ ſolutio ad argūtuꝫ precedēs: negāda eſt eñ maior ſcꝫ ꝙ illa ſit directa riſibile eſt aīal: ad hoc pꝫ q̇đ ſit dicēdū. Notādum eſt ſcđo ꝙ aliter dici pōt ſicut dicūt aliqui ſcꝫ ꝙ predicatio directa eſt illa in qua predicaꝭ ſupius de ſuo inferiore aut cognotatiuū ď abſoluto aut magis cognotatiuū de minus cognotatiuo aut eque cognotatiuꝫ de eque cognotatiuo nō ſupiori ad illud predicatū: ⁊ predicatio indirecta per negatiōem p̄dicte diffinitiōis diffiniꝭ. ſ. predicatio idirecta ē illa in q̄ nō predicaꝭ ⁊c̄. Duplex āt eſt predicatio directa. ſ. directa tāqꝫ directa ⁊ directa tāqꝫ idirecta. Predicatio directa tāqꝫ directa eſt in q̄ p̄dicaꝭ ſupiꝰ de ſuo iferiore q̇ditatiue vt hō eſt aīal: aut magis cognotatiuū ď minꝰ cognotatiuo vt vl'e eſt p̄dicabile: aut eqꝫ cognotatiuū de eqꝫ cognotatiuo vt riſibile eſt flebile: aut de abſoluto cognotatiuū magis cōe ꝙ illđ abſolutū vt aīal eſt albuꝫ: aut cū eo ꝯuertibile vt hō eſt riſibilis. Predicatio directa tāquā indirecta eſt predicatio directa in qua de abſoluto predicaꝭ cognotatiuū minꝰ cōe ꝙ illud abſolutū vt aīal eſt riſibile: ⁊ ď directa tāquā indirecta q̇a ē directa: ſꝫ videꝭ eſſe indirecta eo ꝙ in illa predicaꝭ minus cōe de magis cōi. Eſt etiā duplex predicatio indirecta: ſcꝫ indirecta tāquā indirecta: ⁊ indirecta tāquā directa: predicatio indirecta tāquā indirecta eſt predicatio idirecta in qua predicaꝭ inferius de ſuo ſupiore vt aīal eſt hō: aut minꝰ cognotatiuū de magis cognotatiuo vt predicabile eſt vl'e: aut abſolutū de cognotatiuo magis cōi quā illud abſolutum vt albuꝫ eſt homo aut cum eo cōuertibile vt riſibile eſt hō. Predicatio indirecta tāquā directa eſt predicatio idirecta in qua predicaꝭ abſolutū de cognotatiuo minꝰ cōmuni quā illud abſolutū vt riſibile eſt aīal: ⁊ appellaꝭ indirecta tāquā directa q̇a eſt idirecta ſed apparet eſſe directa eo ꝙ in illa predicaꝭ magis cōe de minus cōi. Scđm iſtos autē q̄ñ ď ꝙ in materia naturali ⁊ remota ꝑticularis equalet vlī dum mō ſint de predicatiōe directa de in eſſe ⁊ de p̄ñti: ꝙ due ꝯtrarie in materia naturali aut remota nō p̄ñt eſſe ſimul falſe ſi ſint de predicatiōe directa ⁊ cetera: ⁊ ꝙ eſſe in ſubtō eſt predicari accidētaliter directe: capiꝭ predicatio directa pro predicatiōe directa tāqꝫ directa. Et ſic ad argūtū negaꝭ maior: ad p̄mā ꝓbatiōeꝫ ꝯceſſo añte negaꝭ ꝯña q̇a ad hoc ꝙ predicatio ſit directa nō ſufficit ꝙ in ea prediceꝭ magis cōe de minus cōi niſi magis cōe de minus cōi q̇ditatiue prediceꝭ: ad ſcđam ꝓbatiōem ꝯcediꝭ ꝯña cū ꝯñte: ad primā iꝓbatiōem ꝯñtis ꝯcediꝭ ꝙ due ꝯtrarie in materia naturali de in eſſe de p̄ñti ⁊ ď predicatione directa tāquā indirecta p̄ñt ſimul eſſe falſe: ad ſcđam improbatiōem ď ꝙ ꝑticularis non ſemꝑ equalet vniuerſali in materia naturali in predicatione directa tanquam indirecta: cuius modi eſt illa animal eſt riſibile.

Circa tertiū añ predicamētū ait idē tardiuel

Primā regulā añ predicamētalē duplr̄ exponūt: primo ſic. Q̄ñ aliq̇s terius predicatur de aliquo quiditatiue tanquā de ſuo inferiore: tunc quicūqꝫ terminus de illo primo predicato predicatur q̇ditatiue tāquā de ſuo inferiore: predicaꝭ etiā de illo p̄mo ſubō q̇ditatiue tāquā de ſuo inferiore: vt aīal ď de ly hō q̇ditatiue tāquā de ſuo inferiore: ⁊ ſubſtātia ď quiditatiue de ly aīal tāquā de ſuo inferiore: ideo etiā ſubā ď q̇ditatiue de ly hō tāquā de ſuo inferiore. Rō autē huiꝰ regule eſt: nā q̇cq̇d eſt ſupiore ſupius eſt ēt inferiore illiꝰ ſupioris ſupiꝰ: ⁊ hec expoſitio ꝑtinet ad hāc ſciam. Cōtra hāc regulā ſic expoſitā argꝭ primo ſic: aīal ď de ly hō q̇ditatiue ⁊ corpus ď q̇ditatiue de ly aīal ⁊ tñ nō ď q̇ditatiue de ly hō ꝫ ꝯtra regulā: ꝙ corpus nō dicatur q̇ditatiue de ly homo pꝫ tū primo: q̇a corpus eſt ī predicamēto ꝙtitatis ⁊ ly hō ī predicamēto ſubē: ſed nullꝰ terius vniꝰ predicamēti ď de terio alteriꝰ q̇ditatiue: ergo corpus nō ď q̇ditatiue de ly homo. Tū ſcđo hec eſt falſa hō eſt corpus ergo corpus nō verificaꝭ q̇ditatiue de ly homo: añs pꝫ q̇a corpus eſt pars hoīs: ſed pars nō eſt ſuuꝫ totū ergo hō nō eſt corpus ⁊ per ꝯñs illa ꝓpō hō eſt corpus eſt falſa. Tū tertio q̇a ſi per potentiā dei ꝑtes materie ſortis penetratiue ſe hērēt ita ꝙ nō eſſent in loco circūſcriptiue: ſed tātuꝫ diffinitiue ſicut eſt de b̄ñdicto corpore xp̄i

Diſtinctio
Primum
Secundū.
Tertium.
Quartū.
Correlarium.
Contra diuiſionem.
Solutio.
Replica.
Solutio.
Replica.
Alia ſolutio.
Solutio.
Diſtinctio
Primum membrum
Secundū.
Subdiuiſio.
Alia ſolutio.
Expoſitio prima.
Cōtra regulā. primo
Secundo.
Tertio.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

in ſacramēto altaris: hec eſſet vera ſortes eſt hō: ⁊ illa eſſet falſa ſortes eſt corpꝰ ergo ly corpꝰ nō dr̄ q̄ditatiue de ly homo: ꝯña eſt nota ⁊ ſilr̄ añs quo ad primā ptē: quo ad ſcd̄am pꝫ ſortes nō eſſet lōgus latus ⁊ ꝓfundꝰ ꝗ nō eſſet corpus ꝯña pꝫ q̄a oīe corpꝰ eſt lōgū latū ⁊ ꝓfundū. Quarto ſic ſi nullus eſſet hō illa eſſet falſa hō eſt corpꝰ ⁊ tñ illa eſſet vera homo eſt: ꝗ ly corpus nō dr̄ q̄ditatiue de ly homo: ꝯña tꝫ q̄a terius q̄ dr̄ de altero terio q̄ditatiue ſemꝑ verificat̄ de illo ſi ſupponat: minor ꝓbat̄ q̄a illa eſſet vera homo eſt aīal rōnale ꝗ ⁊ illa homo eſt: aſſumptū pꝫ q̄a in illa predicat̄ diffinitio de ſuo diffinito: ꝗ eſſet vera tꝫ ꝯña q̄a oīs ꝓpō in qua predicat̄ diffinitio de ſuo diffinito eſt vera.

Secundo. Scd̄o ſic arguit̄ hoc ꝯplexum rōnale vel albū predicat̄ q̄ditatiue de ly hoc rōnale: ⁊ ly coloratū dr̄ q̄ditatiue de illo ꝯplexo rōnale vel albū: ⁊ tñ ly coloratū nō dr̄ q̄ditatiue de ly hoc rōnale: ꝗ regula ſic intellecta eſt falſa: tertia pars añtis eſt nota prima pꝫ ptꝫ qꝛ vna pars illiꝰ diſiuncti rōnale vel albū ſcꝫ ly rōnale dr̄ q̄ditatiue de ly hoc rōnale ꝗ illud diſiunctū dr̄ q̄ditatiue de ly hoc rōnale: ꝯña pꝫ q̄a diſiunctū inſeq̄tur naturā diſiunctiue: ſed ad veritatē diſiunctiue ſufficit vnā ptē eſſe verā ꝗ ad hoc ꝙ diſiunctū predicet̄ q̄ditatiue de aliq̄ ſufficit ꝙ vna pars illiꝰ diſiuncti verificet̄ de illo q̄ditatiue: ſilr̄ ꝓbari poſſet añtis ſcd̄a pars.

Ad primā Ad primā harū rōnū ꝯceditur prima ps añtis ⁊ ſilr̄ ſcd̄a: ſed negat̄ tertia: ad primā ꝓbatiōem diſtinguit̄ ꝙ corpus ſit in predictamento q̄ntitatis vel capiēdo ly corpus vt cognotat trinā dimēſionē ⁊ ſic ꝯcedit̄ totū añs ⁊ ꝯña cū ꝯñte: ſed illo modo etiā corpus nō dr̄ q̄ditatiue de ly hō: vel capiēdo ly corpus abſolute ⁊ ſic negat̄ ꝙ ſit i predicamēto quātitatis: imo eſt in predicamēto ſubē: ad ſcd̄am ꝓbationē diſtinguit̄ ꝙ hec ſit falſa hō eſt corpus vel capiēdo corpus pro ipſa materia ⁊ vt ſiḡt alterā ptē ꝯpoſiti ⁊ ſic ꝯceditur: nā ſenſus eſt homo eſt materia ⁊ ſilr̄ ꝯcedit̄ ꝯñs ſed hoc nō eſt ꝯtra predicta: qꝛ etiā hoc modo ly corpus nō dr̄ de ly aīal: vel capiēdo corpus pro ſubā coporea vt ſiḡt abſolute oīes ſubās corporeas ⁊ ſic negat̄ añs: ad primā ꝓbationē ꝯcedit̄ prima pars añtis ⁊ diſtinguit̄ ſcd̄a ſcꝫ ꝙ illa eēt falſa ſortes eſt corpus vel capiēdo ly corpus cognotatiue vt cognotat trinā dimēſionē ⁊ ſic ꝯceditur ⁊ ſilr̄ ꝯcedit̄ ꝯñs: ſed nihil eſt ꝯtra regulā: quia etiā ly corpus hoc mō captū nō dr̄ q̄ditatiue de ly aīal: vel capiēdo ly corpus abſolute vt ſiḡt abſolute oēs ſubās corporeas ⁊ ſic negatur: ad ꝓbationē ꝯcedit̄ añs ⁊ negat̄ ꝯña: qꝛ ad hoc ꝙ aliq̄d ſit corpus abſolute nō requit̄ ꝙ ſit lōgū latum ⁊ ꝓfundū: ſed ſufficit ꝙ ip̄m habeat materiā tāquā ptem eſſentialē ſui: ad quartā ꝓbationē ꝯceditur maior ⁊ negat̄ minor: ad ꝓbationem negatur aſſumptū: ad ꝓbationē ꝯceditur añs ⁊ negat̄ ꝯña: ad ꝓbationē dr̄ ꝙ nō opꝫ ꝓpōnem in qua predicat̄ diffinitio de ſuo diffinito eſſe verā niſi diffinitū ſupponat: mō ly homo q̄d eſt diffinitū illo poſito nō ſupponeret. Ad ſcd̄aꝫ ꝓbationē principalē negatur prima ps añtis: ad ꝓbationē ꝯceditur añs ⁊ negatur ꝯña: ad ꝓbationē ꝯceditur ꝙ in aliquibꝰ diſiunctū inſeq̄tur naturā diſiunctiue ſed nō in oibꝰ: in hoc ei inſeq̄tur ꝙ ſicut a pte diſiunctiue ad totā diſiunctiuam valet ꝯña: ita a pte diſiuncti ad totū diſiunctū valet ꝯña ſeruatis ſeruādis: ſed in hoc nō ſeq̄tur: qꝛ oportet ſi diſiunctiua affirmatiua ſit vera alterā ptē eſſe verā: ſed nō opꝫ ſi ꝓpō de diſiuncto ſit vera ꝙ ip̄a pro aliqua pte illiꝰ diſiuncti verificetur: nā hec eſt vera oīe aīal eſt rōnale vel irrōnale ⁊ tñ neq̄ oīe aīal eſt rōnale neq̄ oīe aīal eſt irrōnale: i multis etiā alijs diſiunctū diſiunctiuā nō imitatur. Dicunt tñ aliqui illā eſſe q̄ditatiuā hoc rōnale eſt rōnale vel albū: q̄a eīm vna illiꝰ diſiuncti pars q̄ditatiue dr̄ ly hoc rōnale predicatur ideo ⁊ totū diſiūctū dicunt q̄ditatiue de illo eodē predicari. Sed hoc videtur nō valere qꝛ eadē rōne diceretur ꝙ illa predicatio nō eſſet eſſentialis ſed accidētalis: qꝛ vna pars illiꝰ diſiūcti .ſ. ly albū accidētaliter predicatur de ly hoc rōnale: neq̄ valet q̄d dicūt ꝙ illa eſt eſſentialis ⁊ q̄ditatiua hoc rōale eſt rōale vel albū: qꝛ ꝓpōes de diſiūctis aſſimilātur diſiūctiuis ⁊ diſiūctiua i ſequit̄ ptē fortiorē q̄d pꝫ: nā pars q̄ cognotat extrinſece eſt eq̄ fortis ſicut ⁊ illa q̄ cognotat intrinſece ꝗ qua rōne diceretur eſſentialis ⁊ q̄ditatiua rōne vniꝰ ptis eadē rōe diceret̄ accidētalis rōne alterius: itē predicatū cognotat extrinſece ſupra ſubm̄ ꝗ illa eſt accidētalis ⁊ per ꝯñs nō ē q̄ditatiua neq̄ eſſentialis. Propterea dicēdū eē arbitror ꝙ illa ⁊ ſiles ſunt accidētales ⁊ nō eſſentiales. Alia predicte regule explanatio hec eſt: qñ aliq̄s terius predicat̄ d̄ alio tūc quicūq̄ terius predicat̄ de illo prio predicato vl'iter ſumpto predicat̄ etiā de prio ſubō: vt ſi ſortes eſt hō ⁊ ois hō eſt aīal ſortes eſt aīal. Et per illā regulā ſic expoſitā dat̄ modus arguēdi in quarta figura: ⁊ ideo modus arguēdi ſm̄ illā regulā ſic expoſitā tꝫ obſeruatis ꝯditionibꝰ req̄ſitis ad bonū ſillogiſmū: mltis modis poſſꝫ obijci ꝯtra illā q̄a tñ oēs rōnes ille ſolui pñt ſꝫ cōdiciōes ad bonū ſillogiſmū req̄ſitas: ⁊ iō illas miſſas facio qñ trāſcēdūt methas huius artis.

Contra ſcd̄aꝫ regulā ſic arḡr albū eſt in predicamēto q̄litatis ⁊ in predicamēto quātitatis ſꝫ quātitas ⁊ qualitas ſunt diuerſa gñia nō ſubalternatim poſita ꝗ regula eſt falſa: añs ꝓbat̄ ꝙ eīm ſit in predicamēto q̄litatis certū eſt:



ſed ꝙ ſit in predicamento quātitatis pꝫ auctoritate Ariſtotelis in predicamēto quātitatis ꝙ album eſt quātum per accidēs.

Secundo. Scd̄o ſic corpus ē in predicamēto ſubē ⁊ ſilr̄ in predicamēto quātitatis ⁊ ſubſtātia ⁊ quātitas ſunt gñia non ſubalternatim poſita ꝗ regula predicta eſt minꝰ bñ poſita: maior pꝫ ꝙ eīm ſit in predicamēto ſubē pꝫ quia ponit̄ in arbore porphirij: ſed ꝙ ſit in predicamēto quātitatis pꝫ per Ariſtotelē in capitulo de quātitate dicētē corpus eſſe ſpēm quātitatis ꝯtinue.

Tertio. Tertio ſic cenare ⁊ prādere ſunt in p̄dicamēto actiōis ⁊ qñ: ꝗ regula nō eſt bona cū actio ⁊ qñ ſunt gñia non ſubalternatim poſita.

Quarto. Quarto ſic eſt aliqua ꝯueniētia eſſentialis cōueniēs hoibꝰ ⁊ ſubſtātijs maioris pfectiōis ⁊ nō ꝯueniēs ſubſtātijs minoris pfectiōis q̄ꝫ ſint homines: ꝗ ab illa ꝯuenientia eſſentiali pōt trahi vnus ꝯceptꝰ abſolutꝰ preciſe ꝯueniēs hoibus ⁊ ſubſtātijs maioris pfectiōis: trahat̄ ille ꝯceptꝰ ⁊ ſit a: tūc ly hō eſt ſpēs illiꝰ teri aīal ⁊ ſilr̄ illiꝰ teri a: ſed aīal ⁊ a ſunt gñia nō ſubalternatiꝫ poſita ꝗ regula nō eſt vera: ꝯña eſt clara maior ⁊ minor patēt q̄a vnū nō ꝯtinetur ſub alio ꝗ ſunt gñia nō ſubalternatiꝫ poſita: aſſumptū ꝓbat̄ q̄a iſte ſūt ꝓpōnes falſe oīe aīal eſt a: oīe a eſt aīal: ergo vnum nō eſt inferiꝰ aut ſuperiꝰ ad reliquū: cuꝫ omne ſupius debeat de ſuis inferioribꝰ vl'r ſumptis verificari: aſſumptū pꝫ de prima qꝛ equus nō eſt a: ſcd̄e falſitas ꝓbat̄ q̄a angelus eſt a: ⁊ tñ nō eſt aīal.

Quinto. Quinto ſic rōnale eſt dr̄ia ſubſtātie ⁊ ſpēs q̄litatis ꝗ regula nō eſt bona. Pro ſolutōne duo ſunt notāda: primū quot modis terius repponit̄ i predicamēto: ſm̄ q̄ ſunt gñia ſubalternatim poſita ⁊ gñia nō ſubalternatiꝫ poſita.

Notāda diſtinctio. Tripliciter aūt terius in predicamēto reponitur .ſ. per ſe per accidēs ⁊ reductiue.

Primum membrū. Terius per ſe reponitur in illo predicamēto cuiꝰ modus ſig̃ndi ei ꝯuenit: vt hō eſt in predicamēto ſubſtātie q̄a ei ꝯuenit modus ſig̃ndi predicamēti ſubſtātie ſcꝫ ſig̃re ſubſtātiā abſolute.

Secundū. Terius dr̄ eſſe i aliq̄ p̄dicamēto per accidēs qui nō eſt in illo per ſe: ſꝫ genus gñaliſſimū illiꝰ predicamēti verificatur de illo: hoc mō ly hō fere eſt in q̄libꝫ predicamēto.

Tertium. Terius aūt dr̄ eſſe i aliquo predicamento reductiue q̄ ꝯtradictorie aut priuatiue opponit̄ terio pſe ponibili in illo predicamēto: vt nō hō ſi capiat̄ incōplexe eſt reductiue in predicamento ſubſtātie ⁊ cecus in predicamēto paſſiōis in quibꝰ ly vidēs ⁊ ly hō ponuntur p ſe. Gñia ſubalternatim poſita ſunt gñia ſinonima aut gñia quoꝝ vnū ꝯtinetur ſub altero aut ambo ſub eodem tertio: exēplū primi vt ly aīal vocale ⁊ ly aīal ſcriptum: exemplū ſcd̄i vt ſubā ⁊ aīal: exemplum tertij vt aīal ⁊ a: in caſu quarti argm̄ti. Gñia nō ſubalternatim poſita ſunt gñia nō ſinonima quoꝝ vnū nō ꝯtinet̄ ſub altero nec ambo ſub vno tertio: vt ſubſtātia ⁊ quātitas aīal ⁊ coloratū.

Expoſitio regule. Aduertēdū eſt vlteriꝰ ꝙ hec regula ſic ē intelligēda: impoſſibile eſt eundē terim eſſe vniuoce per ſe ⁊ diuiſim ſpēm vel dr̄iam diuerſorū gñrum nō ſubalternatim poſitoꝝ: rō huiꝰ regule eſt q̄a coordinatiōes predicamētoꝝ ſunt impmixte vt inquit ph̄s ſcd̄o cap̄. ſcd̄i tractatus primi poſterioꝝ: q̄d ſic ſolet exponi idē terius nō pt vniuoce ⁊ diuiſim hr̄e modos ſig̃ndi diuerſoꝝ predicamētoꝝ: ex quo ſequit̄ id q̄d regula dicit: cum teri ponātur in predicamēto nō ꝓpter res quas ſign̄t: ſed per ſuos modos ſig̃ndi.

Uniuoce. Dr̄ notāter vniuoce q̄a idē terius pōt eſſe diuiſim ⁊ per ſe ſpēs diuerſoꝝ predicamētoꝝ: ſed hoc erit eq̄uoce: q̄d pꝫ de illo terio corpus q̄ diuiſim ⁊ per ſe eſt ſpēs predicamēti ſubſtātie qñ tenetur abſolute: ⁊ ſilr̄ predicamēti q̄ntitatis qñ capitur vt cognotat trinā dimēſionē.

Diuiſim. Dr̄ etiā diuiſim q̄a idē terius vniuoce captꝰ pōt eſſe p ſe ſpēs diuerſoꝝ predicamētoꝝ: ſed hoc erit ꝯiunctim ⁊ nō diuiſim: ita ꝙ erit in illis predicamentis ſimul: ſed in nullo eoꝝ ſeorſum: ſicut res ꝑ medietate alba ⁊ medietate nigra neq̄ eſt alba neq̄ nigra: ſed alba ⁊ nigra ſimul: vt cenare neq̄ eſt in predicamento actiōis neq̄ in predicamento qñ: ſed in illis duobꝰ ſimul: ꝙ eīm in nullo eoꝝ ſit ptꝫ qꝛ ly agere predicatur accidentalr̄ de ly cenare ꝗ non eſt in predicamento agere: cum genꝰ debeat de ſuo inferiori eſſentialr̄ predicari: ⁊ eodē mō probaretur ꝙ nō ſit in predicamēto qñ. Uñ terius vocalis dr̄ eſſe in diuerſis predicamētis diuiſiꝫ qui ſm̄ vnū ꝯceptum totalem eſt in vno predicamento: ⁊ ſm̄ alium ꝯceptū totalē eſt in alio p̄dicamento: vt corpus ſm̄ ꝯceptū abſolutum eſt in predicamento ſubſtātie ⁊ ſm̄ vnum aliū ꝯceptū cognotatiuū eſt in predicamento q̄ntitatis: Sed terminus vocalis dr̄ eſſe in diuerſis predicamentis ꝯiunctim qui ſm̄ eundem ꝯceptum totalem pticipiat modos ſig̃ndi diuerſoꝝ predicamentoꝝ vt cenare ⁊ prādere: ⁊ ꝯſimilit̄ dicatur de teris mentalibꝰ ſuo mō.

Per ſe. Dr̄ notāter per ſe qꝛ idem teris pōt vniuoce ⁊ diuiſim eſſe in diuerſis predicamentis in vno per ſe ⁊ in alio per accidens vt bñ ꝓbat prima rō: ⁊ dr̄ dr̄iam vel ſpēꝫ qꝛ idem terius pōt vniuoce ⁊ diuiſim ⁊ p ſe eſſe ſpēs vnius predicamenti ⁊ dr̄ia alteriꝰ: vt de ly rōnale dr̄ in quinto argm̄to: ſed impoſſibile eſt ꝙ ſit p ſe vniuoce ⁊ diuiſiꝫ ſpēs vtriuſq̄ vel dr̄ia vtriuſq̄. Ad primā ſcd̄am tertiā ⁊ quintā rōneꝫ pꝫ ſolutio ex dictis.

Ad rōnes cōtrarias. Ad quartā ꝯceditur ꝙ hō illo poſito eſt ſpēs illiꝰ teri aīal ⁊ illiꝰ teri a: ſed dr̄ ꝙ ly aīal ⁊ ly a ſunt gñia ſubalternatim poſita: nā lꝫ vnum nō ꝯtineatur ſub alio vt bñ ꝓbatur in argm̄to: ambo tñ ꝯtinentur ſub eodem tertio:

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

ſcilicet ſub ly ſubſtantia: ⁊ hoc vt patet ex dictis
ſufficit ad hoc ꝙ genera ſint ſubalternatim po
ſita: ⁊ hec de ante predicamentis.

¶ Idem magiſter Joannes tardiuel de
numero predicamentorum.

In hoc capitulo
philoſophus ponit numerum
denariū predicamentoꝝ de q̄
Nō. pmū. bus in ſequētib⁹ videbit̄. Cir
ca qḋ ē aduertendū p̄io ꝙ p̄di
camenta nō diſtingūtur p res
ſignificatas: cū eadem res ſignificet̄ per cuiuſli
bet predicamenti aliquē teriꝫ: vt res q̄ eſt homo
ſigtur per iſtos terios hō: pedale: idē: albū: dili
gens: dilect⁹: ens hodie: ens in camera: ſedēs: ve
uātia: grā: vidicta: ⁊ epiquecia. Eſt aūt iuſtitia
pticularis vtus eq̄litatem faciens in cōibꝰ actō
nibꝰ hoim adinuicē de dāno ⁊ lucro: cuiꝰ ſpēs
due ſunt : prima eſt iuſtitia diſtributiua q̄ preſi
dens alicuiꝰ cōitatis diſtribuit vnicuiqꝫ ſubdi
toꝝ de premijs aut penis tm̄ quātū exigunt eiꝰ
opa in rē publicā: vñ mediū talis iuſtitie req̄rit
ꝓportiōalitatē geometricā meritoꝝ ⁊ premioꝝ.
Scōa ſpecies eſt iuſtitia cōmutatiua q̄ eq̄lita
tem facit in emptionibꝰ: venditionibꝰ: ꝯductiō
nibꝰ: mutuationibꝰ: ⁊ accōmodationibꝰ hoim
adinuicem in pecunijs vel in alijs rebꝰ q̄ pecu
nia numerati aut eſtimati poſſunt: vñ patent
multiplices huiꝰ gn̄is ſpēs: huiꝰ vtutis mediū
req̄rit proportionalitatē arithmeticā rerū adin
uicem. Religio eſt vtus moralis hois in actiōi
bus q̄ ſunt ad deū : q̄ vt dicit Tuliꝰ tuitio ſupi
oris cuiſdā eſt nature q̄ꝫ diuinā vocāt : q̄ curā
cerimōiā: velcutū affert. Eiꝰ actus dr̄ latria gre
ce: ſeruitus latine : cuiꝰ ptes ſunt deuotio : orō:
adoratio: ſacrificiū: decimatio: oblatio: votuꝫ:
iuramentum: adiuratio: ⁊ laudatio: ꝓꝫ ḡ ꝙ oēs



boni chriſtiani ſunt religioſi. Pietas eſt virtus
qua parētibꝰ ⁊ ſanguine cōiunctis patrieqꝫ be
niuolis officiū ⁊ diligens tribuit̄ cultꝰ: eius ac
tus ſunt honorare: deffēdere: alere ⁊c̄. Obſeruā
tia eſt ( vt dicit Tuliꝰ ) vtus qua hoies aliquā
dignitatem atendētes quodā cultu ⁊ honore di
gnātur : vñ hec eſt vtus hois ad ſuos prelatos:
iudices : magiſtros: ⁊ ad ceteros vtutē ⁊ digni
tatē hñtes: huiꝰ due ſūt ſpecies dulia ⁊ obedien
tia per duliā exibemus maioribꝰ reuerentiā : p
obedientiā eoꝝ exeq̄mur mādata. Grā eſt vir
tus q̄ amiciaꝝ ⁊ officioꝝ alteriꝰ memoria re
munerādi voluntas cōtinet̄ : hec ab Ariſtotele
amiticia dr̄: ab alijs gratitudo. Vindicta ē vir
tus per quā vis aut iniuria aut oino q̄cq̄d ob=
ſcurū eſt defendendo aut vlciſcendo ꝓpulſatur
Epicheia q̄ latine dr̄ eq̄tas eſt virtus rigoris le
gis moderatiua ⁊ per q̄ꝫ in multis caſibꝰ bonꝰ
iudex dirigit̄ ad ſentētiādū pter vba legis ſcri=
pte: hec de vtutibꝰ oibꝰ. Vitiū ē habitꝰ appetiti
uus malus ideſt ad malū opus inclinās : cuiꝰ
vt vtutis due ponātur ſpecies vitiū theologicū
⁊ morale. Theologicū vitiū eſt qd̄ imediate hꝫ
deū ꝓ obiecto: cuiꝰ due ponūt̄ ſpēs ſcꝫ vitiū ſpei
⁊ charitatis : prima ſpecies diuidit̄ in preſum=
ptiōem: ⁊ deſpatiōeꝫ: ſcōa ſpecies ꝓprie dr̄ odiū:
⁊ diſtinguit̄ per odiū dei ⁊ ꝓximi: qd̄ iterū diui
tur in has ſpecies inuidiā: accidiā: offenſiōem:
ſcādalum: ſciſma: diſcordiā: ſeditiōem: rixā: ⁊
bellū. Vitiū morale eſt prauitas in actiōibꝰ vel
affectibꝰ humanis: eiꝰ due ſubalterne ſunt ſpēs
exceſſus ⁊ deffectꝰ a medio recte rōnis : cuilibet
eaꝝ tres ſubdiuꝰ ſpēs vitium temperātie: forti
tudinis: ⁊ iuſtitie. Vitiū temperātie oppoſitum
p exceſſum dr̄ i temperātia: p defectū eſt in ſenſi
bilitas: q̄ totidem hꝫ ſpecies cū intempantia: ſꝫ
in noianate ſunt vt dr̄ ſcōo ethicoꝝ. Intempan
tie ḡ ſicut ⁊ tempantie ſeptem ſunt ſpēs: prima ē
luxuria cōtra caſtitem : cuius ſpecies cōiter aſſi
gnate ſunt he fornicatio : adulteriū: ſtuprū: in
ceſtus: raptus: ⁊ cōtra naturā. Scōa ſpecies eſt
gula cōtra regularem temperātiā guſtabiliū: q̄
diuidit̄ in uoracitatem ſeu ingluuiem aut ga
ſtrimargiā ⁊ ebrietatem. Tertia ſpēs eſt ira cō
tra māſuetudinē: cuius tres ponit Ariſtoteles
ſpecie: q̄dā eñ iracūdi ſunt acuti: alij amari:
alij graues aut difficiles: ſub iracundia etiā cō
tinet̄ crudelitas contra clementiā: vitiū deffe=
ctuoſum in māſuetudine ſolet dici necligētia.
Quarta ſpecies eſt cōtra liberalitatē in exceſſu
quidem prodigalitas in defectu vero auaritia.
Quinta ſpecies eſt cōtra affabilitatem in exceſ
ſu adulatio: in defectu litigiū. Sexta ſpecies eſt
cōtra veritatem que dicit̄ mēdatiū : ⁊ in exceſſu
eſt iactantia : in defectu vero ironia ⁊ ipocriſis.

Septima ſcurrilitas
Septima ſpecies eſt cōtra eutrapeliā in exceſſu
quidem ſcurrilitas: ſed in defectu ruſticitas. Sꝫ
vitium cōtra modeſtiā ꝓprio caret noie dicat̄
Immodeſtia.
immodeſtia: cuiꝰ ſpecies equiparant̄ modeſtie
Supbia.
ſpeciebꝰ: nā cōtra humilitatem eſt ſupbia : con
Curioſitas
tra ſtudioſitatem eſt curioſitas : ſed cōtra alias
Leuitas.
duas ſpecies vitia innominata ſunt: niſi q̄s pōe
Fucatio.
ret leuitatem cōtra hornatū : ⁊ fucatiōem cōtra
Infortitudo. v.
ſimplicitateꝫ. Vitiū fortitudinis ſicut ⁊ ipā for
titudo quinqꝫ habebit ſpecies : prima eſt cōtra
Pria audatia ⁊ timoꝛ
fortitudinem bellicā in exceſſu quidē audatia:
in defectu aūt eſt timor. Scōa ſpecies eſt cōtra
Scōa ābitio ⁊ ianis gloria.
magnanimitatem in exceſſu ambitio ⁊ inanis
gloria : idefectu puſillanimitas. Tertia ſpēs cō
Tertia ꝯſūptio ⁊ parnificentia.
tra magnificentiā: in exceſſu grece dr̄ banauſca
ideſt cōſumptio: in defectu paruificētia. Quar
Quarta pacientia.
ta ſpecies cōtra patientiā in defectu eſt impaciē
tia ſed in exceſſu caret nomine dicat̄ tarditas.
Quinta ptinatia.
Quinta ſpecies eſt cōtra pſeuerātiā q̄ in exceſ
Iniuſtitia. vij.
ſu dr̄ ptinatia: in defectu mollicies. Vitiū iuſti
tie oppoſitum eſt iniuſtitia : cuius ſeptem ſunt
Pria acceptio pſōaꝝ
ſpecies. Prima eſt ꝯtra iuſtitiā pticularem: pri
mo acceptio pſonaꝝ cōtra diſtributiuā : ſecūdo
Furtum.
cōtra iuſtitiā cōmutatiuā : furtū: rapina: vſu=
Rapina.
ra: fraus: detractio: infamatio: ſuſurratio: ma
Uſura.
ledictio: irriſio: cōtumelia : homicidiū multila
tio: verberatio: ꝯprehenſio: aliaqꝫ multa hmōi.
Scōa ſupſtitio.
Scōa ſpecies ꝯtra religiōem ſub qua primo ca
dit ſuperſticio: cuiꝰ ſpecies ſunt irreuerētia: ido
Idolatria
latria: diuinatio: ⁊ obſeruatio: diuinatōis etiā
Diuinatio
Uanitas.
ſpecies ſunt per inuocationē nechromātie: per
aſtra : per ſomnia : per ſortes : per auguria ⁊c̄.
Etiā ſub obſeruatiōe cadit ars notoria: metho
Tentatio.
dica: emperica ⁊c̄. Scōo ſub hac ſpecie ponitur
Periuriū
irreligioſitas cuiꝰ ſpecies ſunt tentatio : periu
Sacrilegiū
rium: ſacrilegiū: ſimonia ⁊c̄. Tertia ſpecies eſt
Tertia impietas.
impietas per deffectū cōtra pietatem: ſed exceſ
Quarta inobediētia.
ſus eſt in nominatꝰ. Quarta ſpecies cōtra ob
ſeruantiā q̄ in exceſſu eſt ſicut adulatio : in defe
Quīta ingratitudo.
ctu dicat̄ inobedientia. Quinta ſpecies eſt in
gratitudo. Sexta eſt cōtra vinditā in nomina
Sexta pſecutio.
ta ſed exceſſus dicat̄ perſecutio. Septima ſpēs
Septima iniquitas.
dicat̄ rigor vel iniq̄tas ꝯtra epicheiā : hactenꝰ
ergo de habitibꝰ. Vñ ꝓ hac pria ſpecie q̄litatis
Epilogus premioꝝ.
ſit hec gn̄alis regula: omne dicibile q̄litatem ac
quiſitā ſign̄s: ſiue ſit faciliter ſiue difficulter au
feribilis a ſuo ſubiecto ptinet ad hāc primā ſpēꝫ
huius p̄dicamenti: q̄lia ſunt q̄ hic a nobis diffi
nita aut diuiſa ſunt vel membra diuiſionū po
ſita: quoꝝ aliqua theologica: aliqua medicina
lia: pauca phiſicalia dicibilia repperies: ſꝫ hic
iacet pene vniuerſa turba moraliū nominū: ex
alijs aūt ſcientijs vix appebit aliq̄d in hac ſpē:
Potentia natural. 2
¶ Scōa ſpecies q̄litatis eſt potētia: q̄ ſic diffini
tur: potētia eſt qualitas innata cōgenitaqꝫ ad

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

bene vel male opperādum diſponens ſubm̄ : ⁊
capiūtur hec aduerbia bn̄ ⁊ male nō moraliter:
ſed phiſicaliter ꝓ iſtis fortꝰ ⁊ debiliter: ſilr potē
tia hic nō eſt correlatū actꝰ ſicut in methaphi
ſica: qꝛ ſic ꝑtineret ad predicamentū ad aliqd ſi
cut materia ⁊ forma : ſed accipit potentia phiſi
caliter ꝓ pricipio opperatiuo. Potētie due ſūt
ſpecies potētia actiua ⁊ potētia paſſiua: prima
ab Ariſtotele dr̄ naturalis potentia : ſcd̄a vero
naturalis impotentia. Eſt aūt potentia actiua
innata q̄litas ad agendū in aliud diſponens: ſi
cut potentia paſſiua ad paſciendū ⁊ recipiēdū
Potentia actiua. 2. ab alio diſponit ſubm̄. Potentie actiue due pn̄t
aſſignari ſpecies potentia corporalis ⁊ ſpūalis:
quia vbi noīa deſunt fingere lꝫ ⁊ ꝯplexis circū
Corporal potentia. 4. locute vti. Potentia corpalis vocet hic q̄ rebus
in ſenſatis ꝯuenit: ſpūalis v̄o aut aīalis q̄ alijs
rebꝰ debet: potentie corpalis in nūere ſunt ſpēs
ſpāliſſime ſed fere om̄es in nomiate : tn̄ reduca
Prima celorum. mus eas ad q̄ttuor ſubalternas. Ad primā ꝑti
nent noīa ſignificantia v̄tutes actiuas celoꝝ ⁊
ſtellarū in hāc regiōem elementalē: luna em̄ eſt
naturaliter immutatiua aquarū ⁊ corpoꝝ hu
midoꝝ vnde dr̄ eſſe humida: ſol aūt dr̄ calidus:
ſaturnus frigidus: mars ſiccus ⁊c̄. ſilr duodeciꝫ
ſignoꝝ zodiaci ſolent affectiones per q̄ttuor tri
plicitates diſtribui ſic: ꝙ aries leo ſagittarius
dicunt ignea: taurus virgo capricornus terrea:
gemini libra ⁊ aquariꝰ area : ſed cancer ſcor
pius ⁊ piſces aquea ſigna : cōſilr alie ſtelle ⁊ cō
ſtellatiōes celeſtes hn̄t varias virtutes q̄bus in
fluunt in hec inferiora corpora vt late declarat
Ptholemeus in primo ſui q̄dripartiti ⁊ in cēti
logio: ſupradicta ḡ noīa ſuaꝝ affectionū ⁊ alia
Scd̄a elementorū. ſimilia ſunt ſpecies huiꝰ ſubalterni. Ad ſcd̄am
ſpeciē pertinent noīa ſignificātia potentias acti
uas elementoꝝ: ſicut dr̄ ꝙ ignis eſt ꝯſumptiuꝰ:
⁊ diſgregatiuꝰ : aer vero pentratiuꝰ ⁊ lenitiuꝰ:
Tertia metallorum. aqua ꝯglutinatiua: ⁊ terra ꝯpreſſiua ⁊c̄. Ad ter
tiā ſpeciem potentie actiue corporalis attinent
noīa ſignificantia ꝓprietates ⁊ virtutes lapidū
metalloꝝ ⁊ plātarū : ſicut magnes eſt atractiuꝰ
ferri: iaſpis ꝯfortatiuꝰ viſus: ſaphirus vegetati
uus corporis: topazius lenitiuꝰ ⁊ mitigatiuus
ire : chriſolitus cōfortat ingeniū ⁊ valet ꝯtra ti
morem ⁊c̄: ſilr aurū eſt ꝯfortatiuū cordis : ⁊ plū
bum eiꝰ ꝯtriſtatiuū ⁊c̄. vnde hic ponit Ariſtote
les duriciem q̄ lapis bn̄ reſiſtit diuidenti: ſed pa
riratiōe viderent hic eſſe ponenda graue: leue:
aſperū ⁊c̄: niſi forte diceret ꝙ talia noīa ſunt mi
xte ſignationis ſcd̄e ⁊ tertie ſpecierū q̄litatis ⁊ ad
vtranq̈ ꝑtinent ſpēm : ſilr hic reponit v̄tus acti
ua reubarbari ad colerā: ⁊ eſopi ad reuma ⁊ ſic
Quarta cōplexionū. de alijs herbarū ⁊ plātarum gn̄ibus. Ad q̄rtam
ſpeciē potentie actiue corporalis reduci pn̄t no

mina ꝯplexionū corporaliū ſcꝫ colera : flegma:
ſanguis: ⁊ melācolia: ⁊ alia multa. Potētie ac
tiue ſpūalis aut aīalis etiā pn̄t q̄ttuor diſtigui
ſpecies : ad primā ꝑtinent noīa ſignificātia v̄tu
tem actiuā dei: ſicut oīpotentia: potentia crean
di: annichilādi: trāſſubſtātiādi: brachium: ma
nus: dextera dei ⁊c̄. item deꝰ dr̄ zelotes: vindex:
premiator ⁊c̄. Ad ſcd̄am ſpēm pertinent noīa ſe
xuum vel etatū in aīalibꝰ : vt maſculinitas: vi
rilitas: adoleſcentia : dextreitas ⁊c̄. hic reponit
virtus actiua cuiuſdā piſcis q̄ i manu piſcato
ris ſtuporem cauſat ne eū capiat. Ad tertiā ſpe
ciem trahi pn̄t potentie aīe q̄ ſunt actiue: vt mo
tiua ⁊ vegetatiua : cuiꝰ ſpecies ſunt nutritiua:
augmentatiua: gn̄atiua: nutritiue ſpecies ſunt
attractiua: retentiua: digeſtiua: expulſiua: ſilr
intellectus ⁊ volūtas ſunt potētie actiue in hac
ſpecie. Ad q̄rtā ſpeciem attinent noīa ſignificā
tia inclinatiōes naturales hoīm ⁊ alioꝝ aīaliū
q̄ ſolent appellari ꝓprie paſſiōes: vt riſibilitas:
rudibilitas: hinnibilitas ⁊c̄. ſilr: robur: ſanati
uitas: agilitas : ⁊ alie plures innoīate a q̄bꝰ ho
mines dicunt naturalr curſores: pugiltares: ſa
natiui: logici: ⁊ rethorici a natura: vt Ariſtote
les aſſerit in ſua rethorica. Et gn̄aliter oīa noīa
habituum ⁊ actuū humanoꝝ trāſferri ſolēt ad
hāc ſcd̄am ſpeciem : qn̄ preciſe ſiḡnt inclinatio
nes naturales : ſicut periti aſtrologi eadem ac
cipiunt vocabula in ſermōibꝰ iudicioꝝ denata
libus hoīm: dicentes natū eſſe optimū oratorē:
ſapientē: venatorē: ſcribā ⁊c̄. nō em̄ ſi ſapiūt vtū
tur vocabulis prime ſpeciei q̄litatis ſiḡntes q̄li
tates acq̄ſitas : ſed potiꝰ ſign̄t q̄litates innatas
⁊ vtunt teris ſcd̄e ſpeciei q̄litatis ad hāc q̄rtam
ſpēm potētie actiue aīalis ꝑtinētibꝰ: hic ēt docti
theologi collocāt iuſtitiā originalē ⁊ pctm̄ origi
nale. Potentie paſſiue ſilr pn̄t due ſpecies aſſi
gnari corporalis ⁊ ſpūalis. Sub potentia corpo
rali paſſiua non reperiunt niſi tres ſubalterne
ſpecies : qm̄ i celis vix aſſignat alia potētia paſ
ſiua q̄ꝫ mobilitas ⁊ annichilabilitas. Scd̄o in
in elementis multe ſunt paſſibilitates innoīate
vt corruptibilitas alterabilitas: miſcibilitas: di
uiſibilitas ⁊c̄. Tertio i mixtis multe aſſignant
paſſiue potētie de q̄bꝰ q̄rto methcoroꝝ cap̄. et
hijs ātvbi ifra dt textꝰ: dicamꝰ āt prio nūc ipoꝝ
q̄cūq̄ ſm̄ potētiā ⁊ i potētiā dicunt ſūt aūt hec:
coagulabile: liq̄bile: molliſicabile: intingibile:
flexibile: frangibile: ductibile : ꝯminuibile: im
preſſibile: formabile: trahibile: ſciſibile: detrūca
bile: ꝯmaſſabile: vſtibile: exalabile: fragile ⁊c̄.
vbi etiā cōnumerant eoꝝ oppoſita: ad potentiā
actiuā corporalē ꝑtinentia : ad hāc ſpeciem ꝑti
nent egrotatiuitas: debilitas: macies ⁊c̄. ſilr po
tentie paſſiue lapidū metalloꝝ ⁊ herbarum ⁊c̄.



om̄es potētie paſſiue corporū ſuperioꝝ pertinēt
etiā inferioribꝰ corporibus ſed nō ecōtra. Potē=
tie paſſiue ſpūalis vel aīalis ſunt tm̄ tres ſpēs qꝛ
in deo nulla eſt potētia paſſiua : ad primā perti=
nēt noīa ſexuum ⁊ etatū: vt femina: ſenectꝰ: in=
fantia ⁊ ſiniſtreitas. Ad ſecūdā pertinēt noīa in
clinationū paſſiuarū in hoībꝰ: vt flebilitas: di=
ſciplinabilitas: mortalitas ⁊c. Tertia ſpēs hu=
ius potētie paſſiue eſt potētia aīe: que diuidit
in cognitiuā ⁊ affectiuā que dicit appetitꝰ. Po
tentie cognitiue due ſunt ſpēs ſenſus ⁊ itellectꝰ:
ſenſus eſt duplex exterior ⁊ interior: exterioris
ſenſus hee ſunt quinq̄ ſpēs: viſus: auditꝰ: olfa
tus: guſtꝰ: ⁊ tactus. Senſus interior a q̄buſdā
ponitur vnicꝰ: ab alijs duplex ab alijs quadru
plex aut quintuplex: ſcꝫ ſenſus cōis vl' fantaſia:
imaginatio: cogitatiua: eſtimatiua: ⁊ mēoria.
Intellectꝰ diſtiguit in agētē ⁊ poſſibilē: itelligē
tiam: contēplationē: que diuidit in rationē ſu=
periorē ⁊ inferiorē. Appetitus diuidit in ſenſua
lem: ⁊ rōnalē: ſenſitiuus eſt duplex cōcupiſcibi=
lis: ⁊ iraſcibilis: appetitꝰ rōnalis eſt duplex volū
tas: ⁊ libertas. Hec de potētijs rerū: pro hac ſpē
ſit hec regula gn̄alis: om̄e dicibile q̄litatē inatā
ſiḡans q̄ aliq̄d ad operandū diſponit ꝑtinet ad
ſcd̄am ſpēm q̄litatis: q̄lia ſūt q̄ hic diffinita ⁊ di
uiſa ſūt ⁊ mēbra diuiſionū collocata: q̄ oīa fere
medicinalia ⁊ phiſicalia ſūt: q̄dā pauca eoꝝ ſūt
theologalia ⁊ moralia. ¶ Tertia v̄o ſpēs q̄lita=
tis dr̄ paſſio q̄ ſic pōt diffiniri: paſſio eſt q̄litas ſe
cūdum q̄ꝫ ſubiectū ꝓprie alterat : patet ḡ q̄liter
paſſio hic differat a ſexto gn̄aliſſimo. Paſſiōis
due ſunt ſpēs: p̄ma eſt paſſio moralis que alias
dicit affectio appetitꝰ: vl' aīi ꝑturbatio: ab Ari=
ſtotele vero dr̄ paſſio noīe ſui gn̄is ꝓpter eiꝰ in
noīationē ꝓpriam ſicut ſupra de diſpoſitione di
ctum eſt: ſcd̄a ſpēs eſt paſſio phiſicalis que pro=
prie paſſibilis qualitas noīat: ⁊ dicit hic mora=
lis vel phiſicalis paſſio qꝛ eſt vocabulū ꝓprium
morali vel phiſicali ſcie: vt ſit ſenſus paſſio mo=
ralis. i. moraliter accepto hoc vocabulo: ⁊ ſilr
paſſio phiſicalis qꝛ eſt dicibile phiſicale. Eſt au
tē paſſio moralis q̄litas trāſiens q̄ eſt actꝰ appe
titus ſenſitiui: vel aliquid in corpore a tali actu
cauſatū: vnde due ſunt eiꝰ ſpēs: prima dr̄ paſſio
appetitus ſenſitiui: q̄ eſt actꝰ aīe cū alteratione
corporalis q̄litatis vel cōplexionis elicitus: eiꝰ
due ſunt ſpēs: p̄ma eſt paſſio cōcupiſcibilis: ſe=
Cōcupiſcibilis. 6. cūda ē paſſio iraſcibilis appetitꝰ. Paſſio cōcu=
piſcibilis ē actꝰ eiꝰ ad bonū vel malū nō arduū
ſꝫ facile acquirēdū aut euitādū. Cuius ſunt ſex
ſpēs: que ſunt tres cōtrarietates: p̄ma eſt amor
ad bonū ⁊ odium ad malū: ſcd̄a eſt deſiderium
vel cōcupicētia ad bonū ⁊ fuga vel abominatio
ad malū: tertia eſt delectatio vel gaudiū ad bo

nū: ⁊ dolor vel triſtitia ad malū. Paſſio iraſcibi Iraſcibilis. 5.
lis ē actꝰ eiꝰ ad bonū vl' ad malū arduū aut diffi
cile attingēdū aut fugiendū: cuiꝰ q̄nq̄ ſunt ſpēs
prime q̄ttuor ſunt due cōtrarietates: p̄ma ē ſpes
⁊ deſpatio ad bonū: ſcd̄a eſt timor ⁊ audatia ad
malū: q̄nta ſpēs eſt ira cui nulla dat paſſio cō=
traria. Ad has vndecim paſſionū ſpēs reducū=
tur alie oēs q̄ noīari ſolēt: nā zelus ⁊ extaſis ſūt
amoris ſpēs: cōcupicientiā diuidit Ariſtoteles
per naturalē ⁊ nō naturalē: triſtitie ponit Dama
ſcenus has q̄ttuor ſpēs miſericordiā: inuidiam
accidiā: ⁊ anxietatē: ſub timore ponunt ſex ſpēs
ſegnicies: erubeſcentia: verecūdia: admiratio:
ſtupor: agonia: etiā ire ſunt tres ſpēs: fel: mania
⁊ furor. Scd̄a ſpēs paſſionis moralis dr̄ aliq̄d i Exterior. paſſio.
corpore a ſupradicta paſſione appetitꝰ cauſatū:
cuius fere totidē ſunt ſpēs quot ⁊ paſſionis ap=
petitus poſite ſunt: nā ſicut verecūdia cauſat ru
borē ⁊ timor pallorē: ita etiā amor dr̄ paſſio leſi=
ua: qꝛ vt dicit canticorū octauo fortis ē vt mors
dilectio lāpades eius vt lāpades ignis atq̄ flā=
marū: vnde capitulo ſcd̄o dicit ſponſa qꝛ amore
langueo: ⁊ capitulo q̄nto aīa mea liquefacta eſt
vt dilectꝰ meus locutꝰ ē: eſt etiā amor vis vniti
ua vt vult Dionyſius ⁊ trāſformatiua: ſilr dele=
ctatio cauſat dilatationē cordis: ipedit vſum ra
tionis: intendit ⁊ auget operationē: triſtitia per
oppoſitū cōſtringit ⁊ aggrauat animū: facit cor
poris egritudinē : diminuit operationē: aufert
adiſcēdi facultatē: ſpes adiuuat operantem: ti=
mor operationē impedit: cauſat contractionem
cordis ⁊ corporis tremorē: audacia promptum
facit operantē in p̄ncipio opis: ira feruorē in cor
pore cauſat: taciturnitatē: ⁊ rōnis vſuꝫ tollit ⁊c̄.
Ita poſſet de multis alijs paſſionū ſpēbus pro=
lixius hoc declarari. Paſſio phiſicalis aut paſ= Phiſica paſſio. 5.
ſibilis q̄litas ē ꝑmanēs q̄litas q̄ ꝓprie ē altera=
tionis teriusnata agere in ſenſum ei aliq̄d ipri
mēdo: eius quinq̄ ſunt ſpēs iuxta numerū ſen=
ſuū exteriorū ſcꝫ q̄litas viſibilis: audibilis: odo
rabilis: guſtabilis: tāgibilis. Viſibilis q̄litatis
due ſunt ſpēs color: ⁊ lux: que eſt q̄litas actiua
celi: nec tn̄ lux eſt ſpēs ſpecialiſſima: nā alia eſt Lux.
lux ſolis alia lune alia ſaturni alia ignis ⁊ can
dele: ⁊ cuiuſlibet earū ē diſtinctio ꝑ lucē: lumē ⁊
ſplēdorē. Color ē q̄litas viſibilis ex varia cōmi= Color.
xtione p̄marū q̄litatū cauſata: ſpēs colorū due
ſūt extreme: albedo ⁊ nigredo: plures ſūt medie
q̄ dicunt medij colores vt rubedo: palledo: viri
ditas ⁊c̄. Audibilis q̄litas ē ſonus q̄ cauſat ex Sonus.
ꝑcuſiōe aeris violēta ad corpa dura: eiꝰ ſpēs ſūt
vox ⁊ ſonus nō vox: vocū dr̄e ſunt grauis acu=
ta ⁊ moderata: ſonus nō vox fit aliq̄n pure na=
turalr aliq̄n artificio humano varijs inſtrumē
tis: ſonus naturalis mō eſt rectꝰ modo reflexus



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

Odor. qui ab Ariſtotele dr̄ echo. Odorabilis q̄litas
eſt odor cauſatus a ſicco paſſo ab humido: cui⁹
Sapor. tot preciſe ſunt ſpecies quot τ saporis. Guſtabi
lis qualitas eſt ſapor qui cauſatur ab humido
paſſo a ſicco: eius due ſpēs extreme ſunt amari
tudo τ dulcedo: medie plures ſunt: pinguedo:
ſalſedo: acritas: auſteritas: acuties: ſtipticitas
Tāgibile. ponticitas: τc̄. Tāgibilis q̄litas ꝓprio caret no
mine: ſʒ eſt q̄litas p̄ma elemēti aut ꝓprie ab il
la derelicta i mixto: vnde due ſunt ſpēs ei⁹: p̄ria
eſt q̄litas tāgibilis elemēti: que in has diuidiť
ſpēs: calorē: frigiditatē: humiditatē: τ ſiccitatē
grauitatē: leuitatē: τc̄. Scd̄a ſpēs eſt q̄litas tan=
gibilis mixti cuius ſpēs ſunt: lubricitas: aridi
tas: duricies: mollicies: aſperitas: lenitas: ſubti
litas: groſicies: τc̄. vt ptʒ ſcd̄o de ḡnatione capi=
tulo ſcd̄o: ad hāc ſpēm ptinet qualitas impreſſa
ferro a magnete: ſilr̄ q̄litas cauſata in manu pi
ſcatoris a quodā piſce: ſilr̄ influentie celorum ſi
ponanť q̄litates diſticte a luce: vñ ptʒ ſcd̄m Ari
ſtotelē ꝙ eadē q̄litas pōt ad ſcd̄am τ tertiā ſpēm
qualitatis ptinere: τ ꝙ hec noīa duricies τ mol
licies τcetera talia hñt mixtū modū ſignādi harū
Epilogus premiſſoꝝ. duarū ſpērū vt iā ſupra notatū ē. Uniuerſalr̄ ḡ
ad hāc tertiā ſpēm q̄litatis ptinent noīa alterā=
tium τ ſenſibiliū q̄litatū: q̄lia hic diffinita τ di=
uiſa ſunt: τ fere oīa illa ſunt moralia aut phiſi=
calia dicibilia: ex alijs aūt doctrinis per pauca
Figura generalr̄. 2. repperies. Quarta ſpēs p̄ncipalis q̄litatis dr̄ fi
gura que eſt diſpoſitio ptiū q̄ātitatis ad ſeinui=
cē. Et ſicut q̄ātitatis due ſunt ſpēs multitudo τ
magnitudo: ſic etiā figure due ſunt ſpēs: p̄ria eſt
Forma. 3. forma: ſcd̄a ſortiť nomē ḡnis. Unde forma ē di=
ſpoſitio ptiū q̄ātitatis diſcrete ſeu multitudinis
vel numeri: ſub hac ſpē ponunť oīa τ ſola dici=
bilia q̄ ſignāt diſpoſitiones numerorū habentes
figurarū geometricarū ſilitudinē: ideo paritas
τ impitas ad hāc nō ptinēt ſpēm: ſʒ ad predica=
mentum q̄ātitatis vt ſupra dicebať. Forme tres
ſunt ſpēs: linealitas: ſupficialitas: τ ſoliditas: ē
autē linealitas numerus linealis: ſupficialitas
ſupficialis: τ ſoliditas numer⁹ ſolidus aut cor
poralis: quare cū hec abſtracta ſint ſuis cōcre=
tis mere ſinonima: dimiſſis abſtratis accipia=
mus eorū concreta q̄ vſitatiora ſunt vocabula.
Linealis numerus. Linealis numerus eſt q̄ ab vnitate diſcedens p
cōtinuā eiuſdē vnitatis additionē in lōgitudi=
nē extēdiť: cuius infinite τ tot preciſe ſunt ſpēs
ſicut τ ſpēs numeri: iſte tñ alie ſunt ab illis lʒ ꝓ
eiſdē reb⁹ ſupponāt cū illis: ſcʒ ꝓ numero bina=
rio: ternario: quaternario τcc. in infinitū: noīa
aūt taliū ſpērū poſſunt eē iſta primus linealis:
Supficial. ſcd̄us linealis: τ tertius τc. Supficialis nume=
rus is dr̄ qui ex alio vel alijs linealib⁹ numeris
precedētib⁹ aut multiplicatione aut additione

cōficiť: vnde lōgitudinē τ latitudinē habere di=
ciť methaphorice: huius ḡnis ſpēs tot ſunt ſicut
ſpēs linealis vna minus: nā ſupficialis numer⁹
nō ſiḡt binariū vt ptʒ ex diffinitione: ſʒ bene ſi=
gnificat ternariū τ oēs ſequentes in infinitū.
Diuidiť ḡ ſupficialis numerus p triangularē:
quadrāgularē: pētagonū: exagonū τ ſic in infi
Tri... laris ... rus. nitū: quib⁹ addiť circularis numerus. Trian=
gularis numerus dr̄ q̄ ex naturali ſerie nume=
rorū (etiā cōnumerata vnitate) additione ſic ge
nerať ꝙ ſequens q̄libet precedenti aut precedē=
tibus adiungať nullo eorū pretermiſſo: τ diciť
triangularis q: ſi p ſingulas vnitates in plano
deſcribatur tria latera eq̄lia exibet. Unde ptʒ ꝙ
hec ſpēs ſiḡt ternariū ſenariū denariū τ multos
Quadra... gularis alios numeros. Quadrāgularis numerus eſt
qui ex ſimplici multiplicatione vnius linealis
numeri p alium vel p ſeipſum reſultat: cui⁹ tres
ſunt ſpēs ſcʒ quadrat⁹: altera pte lōgior: τ ante
longior. Numerus quadratus ex multiplica=
tione cuiuſq; numeri linealis p ſe ipſum naſciť
vel ex additione cōtinua numerorū naturalis
ordinis ad ſuos precedētes ſemp vno interſca=
lariter dimiſſo reſultat: vnde ptʒ ꝙ quadrati ex
imparibus ꝓcreanť: diciť autē numerus talis
quadratus q: ſi p ſuas vnitates in plano deſcri
batur quattuor eq̄lia latera mōſtrat: τ ſiḡt hec
ſpēs quaternariū numerū: nouenarū: decimū
ſextū: τ multos alios. Altera parte longior nu=
merus ex multiplicatione vnius linealis in na
turali ordine p alterū ſibi ꝓximū conſurgit: vñ
ſupficiali ordine deſcript⁹ duo latera lōgiora τ
duo breuiora ſola tamē vnitate aut ad plus bi=
nario diſcrepātia oſtēdit: τ ſiḡt hec ſpēs ſenariū
duodenarium: vigenariū: τ plres alios. Ante
lōgior numerus ꝓuenit ex multiplicatione ali
cuius linealis p alterū a ſe quātūcūq; diſtantē
in naturali ordine numerorū: vñ ei⁹ latera lon=
giora a breuiorib⁹ pluſq; binario diſtāt vt decē:
Penta... numerus. duodecim: τc. Pētagonus eſt numerus qui ex
additione numerorū ſequētium in ordine na=
turali ad ſuos precedētes duob⁹ cōtinue dimiſ=
ſis naſcitur. Sed exagonus generať eodēmodo
tribus talib⁹ numeris dimiſſis cōtinue. Epta=
Epta... Octo... Circula... gonus quattuor dimiſſis: octogonus q̄nq; reli=
ctis: τ ſic ꝓcedēdo diffinies innumeras ſpecies
ſequētes. Circularis numerus eſt q̄ ex tali mul
tiplicatione alicuius linealis numeri p ſeipſuʒ
naſcitur: ꝙ in eodē numero finiť a quo multipli
catio cepit: ptʒ ergo quare diciť circularis: τ ſi=
Corpo... numer... gnificat ſolos hos duos numeros. 25. τ. 36. So
lidus vel corporeus numerus eſt qui ex duplici
multiplicatione alicuius linealis aut ſupficia
lis numeri p ſeipſum vl' p aliū aut alios ꝓuenit
vt bis duo bis: bis duo ter: bis tria q̄ter τc. vñ ta



lis numerus lōgitudinē latitudinē τ ꝓfundita
tē habere dr̄ ſilitudinarie: eius multe ſunt ſpēs
ſcʒ piramidalis: cubic⁹: cūeus: latercul⁹: aſſer:
Pirami... paralellipidus: τ ſphericus numerus. Pirami
dalis numerus cōſurgit ex additione pluriū ſu
perficialiū eiuſdē ſpēi: τ q: illi ſupficiales conti
nue ſunt maiores ꝓcedēdo: ideo talis aggrega
tio piramis dr̄: huius ḡnis infinite ſunt ſpēs ſcʒ
piramidalis trilaterus: q̄drilaterus: pētilater⁹
exilaterus: τ ſic ſine fine: piramidalis trilater⁹
ex triangularib⁹ numeris aggregať: quadrila=
terus ex quadratis: pentilaterus ex pētagonis:
Cubicus numerus. exilaterus ex exagonis τc̄. Cubicus numerus ē
qui ex duplici multiplicatione alicuius linea=
lis p ſeipſum naſciť: vñ lōgitudinē: latitudinē:
τ ꝓfunditatē equales habere dr̄: τ ſi i huiuſmo=
Sphericus numerus. di multiplicatione finis p̄ncipio aſſimileť ſphe
ricus numerus dr̄: quales ſunt oēs reſultantes
ex cubica multiplicatione q̄nariȷ τ ſenariȷ: vnde
palam fit oēs numeros ſphericos eſſe cubicos ſi
Cuneus numerus. cut oēs circulares eē quadratos. Cuneus nu
merus ex multiplicatione ſolida triū ineq̄lium
ſic emergit: ꝙ a maiore p mediū ad minorē pro
cediť: vnde lōgitudo talis numeri maior eua=
det latitudine: τ latitudo ꝓfunditate inſtar cu
Latercu... numerus. nei corporis: vt q̄ter: tria: bis. Latercul⁹ nume=
rus eſt q̄ ex equalib⁹ equaliter in minus educi
tur: vt ter: tria: bis: vnde ptʒ ꝙ lōgitudine τ lati
tudine equalibus minor reſultat ꝓfunditas: τ
Aſſer numerus. ideo laterculus dici debet. Aſſer numerus ex eq̄
libus eq̄liter in maius naſciť: vt ter tria q̄ter: et
ſic ptʒ ꝙ eius lōgitudo τ latitudo ſunt equales
profunditate maiore: vnde iure vocabitur aſſer
Paralelli... pidus. aut colūnaris numerus. Paralellipidus nume
rus nec oēs dimēſiones habet eq̄les nec oēs
inequales ſʒ eius ꝓxime dimēſiones ſemp ſunt
Figura generalr̄. inequales: vt ter quattuor ter. Figura ē diſpoſi
tio ptiū q̄ātitatis cōtinue vel magnitudis ad in
uicē: vl' figura eſt magnitudo teriata lineis aut
ſupficieb⁹: vñ due ſūt ſpēs ei⁹: p̄ma ē figura pla
Figura plana. na: ſcd̄a ē figura ſolida. Figura plana eſt ſupfi=
cies linea vel lineis teriata: cuius ſpēs due ſunt
curuilinea τ rectilinea: vel agona τ poligonia
Curuilinea. id eſt figura ſine angulis τ figura pluriū angu=
lorū. Curuilinea aut agona figura plana ē ſup
ficies vnica linea teriata que curua ē τ circunfe
rentia dr̄: τ diuidiť in duas ſpēs regularē τ irre
gularē: regularis curuilinea ē circulus q̄ ſic dif
Circulus. niri ſolet. Circulus eſt ſupficies vnica linea ſic
teriata: ꝙ in medio ei⁹ eſt punct⁹ a quo oēs li
nee recte vſq; ad circūferentiā ducte ſunt eq̄les:
τ ille punct⁹ centū circuli dr̄. Irregularis curui
linea figura plana eſt q̄ tale centrū nō pōt habe
re: nec tales lineas ab eo ſic ductas eq̄les: hui⁹
varie ſunt ſpēs: ſʒ magis noiate due ponunť ſcʒ

Oualis. Lēticularis. plana oualis τ plana lēticularis: circulus autē
eſt ſpēs ſpecialiſſima ſicut τ quodlibet aliud no
men ꝓprium cuiuſcūq; figure regularis ſimpli
cis: ſed lʒ circulus nō diuidať in ſpēs: pōt diui=
Portio circuli. 3. di in ptes integrales. Eſt autē ps circuli figura
plana mixtim curuilinea τ rectilinea: τ diuidi
tur in tres ſpēs: q: ptiū circuli alia eſt ſemicircu
Semicirculus. lus: alia ē portio circuli τ alia ſectio circuli. Se
micircul⁹ eſt figura plana diametro τ medieta=
te circūferentie circuli cōtenta: τ diameter eſt li
nea recta ab extremo ad extremū circuli p cētrū
trāſiēs: portio circli ē figura plana corda τ arcu
cōtenta: diciť aūt corda linea recta intra circulū
ab extremo ad extremū ſʒ nō p cētrū trāſiens: ar
cus aūt eſt circūferētie circuli ps q̄ nō eſt medie
Portio maior. tas: et diuidiť portio circuli p maiorē τ minorē
ſemicirculo portionē. Portio maior eſt illa in q̄
Portio minor. remanet centrum circuli: reliqua vero dr̄ minor
Sectio circuli. portio. Sectio circuli ē figura plana duabus ſe
midiametris τ arcu teriata: τ eſt ſemediameter
linea recta a cētro ad circūferentiā circuli pro=
tracta. Figura plana rectilinea τ poligonia eſt
Rectilinea figura plana. ſupficies angularis plurib⁹ rectis lineis teria=
ta: eius infinite ſunt ſpēs: triangulus: quadrā=
gulus: pentagonus: exagonus τc̄. Et earū q̄li=
bet diuidiť p regularē τ irregularē: vnde figu=
ra rectilinea regularis eſt q̄ habet eq̄litatē in la
terib⁹ τ angulis: irreglaris vero q̄ hoc nequaq̄
Triangulus. 3. 3. habet. Triangul⁹ regularis ē figura rectilinea
poligonia trib⁹ tm̄ lineis rectis eq̄lib⁹ tribuſq;
angulis parib⁹ cōtenta: que τ iſoplerus trian=
gulus ſeu eq̄laterus noiať. Triangulus irregu
laris neq; oēs tres lineas neq; oēs tres angulos
habet equales: eius due ſunt ſpēs: prima ē yſo=
cheles ſeu equitibiarū cuius due tantum linee
ſunt equales tertia eis maiore aut minore. Se=
cūda ſpēs ē ſcalenō ſeu gradatus: cui⁹ oēs tres
linee ſibiinuicē ſunt ineq̄les: eodēmodo accipe
de predictorū angulis: vnde q̄libet duarū pre=
dictarū ſpērū in tres alias ſpēs ſubdiuidiť que
ſunt triangulus irregularis orthogonius id eſt
vnius anguli recti: ampligonius. i. vnius an=
guli obtuſi: τ exigonius q̄ eſt oīm trium angu=
lorū acutorū: oīs ēt triangul⁹ regularis eſt exi=
Quadrangulus. 5. gonius. Quadrangulus ē figura plana rectili
nea τ poligonia q̄ttuor rectis lineis totidēq; an
gulis contenta: que ſi (vt dictū eſt oēs illas li=
neas habuerit ſibi inuicē eq̄les ſilr̄ τ anguli ei⁹
oēs recti τ eq̄les fuerint: regularis erit q̄dran
gulus τ iſoplerus: q̄ proprio noīe quadrat⁹ ſeu
quadratū dr̄: ſi vero in aliquib⁹ predictorū aut
in oib⁹ q̄drāgul⁹ ineq̄litatē habuerit: irregula
ris diceť: ei⁹ ſpecies due ſubalterne ſūt quadrā
gulus equidiſtātiū laterū qui grece dicitur pa
lellogramus: τ quadrāgulus inequedistantiū



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

laterū q̄ ꝛ diſparalellogramus vocaẗ. Paralel=
logrami due ſunt ſpecies: qꝛ alius eſt oīm quat
tuoꝛ laterum equalium ſed non oīm angulorū
equaliū q̄ grece helimalim dꝛ: alius vero eſt tā=
tūmō oppoſitorū laterū equaliū ꝛ quadrāgulꝰ
altera parte lōgioꝛ dici ſolet: et huius iterū ſunt
due ſpecies: ꝑma eſt altera parte lōgioꝛ cuiꝰ oēs
quatuoꝛ anguli ſunt equales ꝛ recti: ꝛ ꝓprie dꝛ
quadrāgulꝰ orthogonius aut tetragoniſmus:
ſcđa ſpecies eſt altera parte longioꝛ cuius tātū
anguli oppoſiti ſunt equales ꝛ vocaẗ ſilr̄ heli=
malim. Diſparalellogramorū varie ſunt ſpēs ſꝫ
oēs innoiate ꝓprijs noibus. Pentagonus ve
ro exagonus eptagonꝰ ꝛ cetere ſpēs ſequētes ex
numero ſuorū laterū ꝛ angulorū diffiniri habēt
manifeſtiſſime: q̄rū irregulares: in ifinitas ꝛ in
noiatas diuiduntẗ ſpēs. Sed regularis pētago=
nus: exagonus: eptagonus: ꝛ quelibet ſpēs ſe=
quēs diuidiẗ in duas ſpēs: prima eſt pentago=
nus vel exagonus ſimplex: ſcđa eſt cōpoſitꝰ vel
egredientiū angulorū. Et dꝛ pentagonus ſim=
plex figura plana cuiꝰ latera ſemel cōcurrentia
ad angulos intrinſecos: nō amplius extēdunẗ
vt iterū cōcurrāt ad alios angulos cōſtituēdos
extra figurā: ſed ecōtra fit in pētagono cōpoſi=
to qui habet angulos egredientes preter intrin
ſecos: ita dicendū eſſet de exagono eptagono ꝛ
ceteris. Et licet noīa figurarū regulariū ſimpli=
ciū ſint ſpecialiſſima vt dictū ē: tñ i figuris egre=
dientiū angulorū varie repperiunẗ ſpēs iuxta
diuerſos ordines taliū figurarū: vnde aduerte
ꝙ figure egredientiū angulorū ꝑmi ordis vltra
angulos intrinſecos figure ſimplicis habēt ſim
plos angulos egredientes: figure ſecūdi ordinis
habēt angulos egredientes duplos: figure tertij
ordinis triplos: ꝛ ſic per infinitos tales ordines:
ita tñ ꝙ ſequēs ordo incipit a tertia figura prece
dētis ordinis: ergo pētagonus ꝛ exagonus egre
dientiū angulorū reglares ſunt ſpēs ſpāliſſime:
qꝛ nō habēt locū in alio q̄ꝫ i prio ordine. Sꝫ epta
gonus ꝛ octogonus egredientiū angulorū bi=
nas habent ſpēs ſcꝫ ꝑmi ꝛ ſcđi ordinis: nonago
nus vero ꝛ decagonus ternas habebūt ſpēs pri
mi ordis: ſcđi: ꝛ tertij: vndecagonus aūt duode
cagonus q̄ternas qꝛ ꝑmi: ſcđi: tertij: ꝛ q̄rti ordi=
nis: et ſic ſemꝑ aſcēdēdo ꝑ duas ſpēs augere de=
bes numerū ſpecialiſſimaꝝ ſpērū ſub eis cōten=
tarū ꝑ vnitatē. Figura ſolida ē corpus ſuꝑficie
vel ſuꝑficiebꝰ teriatū. Unde due ſunt ſpēs eiꝰ ſo
lida rotunda ꝛ ſolida laterata. Eſt autē figura
ſolida rotunda corpus ſuꝑficie curua teriatū ſi
cut ſolida laterata planis teriaẗ ſuꝑficiebꝰ. Ro
tūdaꝝ alia regularis que dꝛ ſphera: alia irregu
laris: vnde ſphera ē corpus rotūditate ꝑfectū ex
medio eq̄le vt dicit Ariſtoteles. i. in cuius me=

Pentha=
gonus. 2.

Regula=
ris pētago
nus. 2.

Figura e=
gredientiū
angulorū.

Ordines
earum.

Figura ſo
lida. 2.

Rotūda. 2

Sphera. ꝛ

dio eſt pūctꝰ a quo oēs linee recte ducte ad ex=
tremā corporis ſuꝑficiē ſunt eq̄les: ſꝫ i figura ro
tunda irregulari nō ē dabilis talis pūctꝰ. Sphe
ra diuidiẗ in ſpherā ſolidā ꝛ cōcauā: ſolida ſphe
ra vnica ſuꝑficie cōuexa teriaẗ: ſꝫ cōcaua ſphe=
ra duabꝰ teriata eſt ſuꝑficiebꝰ vna cōuexa exte
rioꝛe ꝛ altā cōcaua interioꝛe. Et hec ꝓprie orbis
diciẗ cuiꝰ due ſunt ſpēs: ꝑma ē orbis vniformis
cuius dicte due ſuꝑficies teriales cōcētrice ſunt
ideſt ſuꝑ eodē cētro deſcripte: ſecūda ſpēs eſt or=
bis difformis corpꝰ eccētricaꝝ ſuꝑficieꝝ terialiū
ideſt q̄ habēt diuerſa cētra ſuarū rotunditatū:
ſicut aūt i circulo linea recta ꝑ cētrū trāſiēs vſqꝫ
ad extremitates diameter dicta ē: ſilr̄ in ſphera
taliter ducta linea axis ꝓprie dꝛ: cuius duo pū=
cta teriantia dicunẗ poli in ſuꝑficie ſphere. So
lida figura rotūda irregularis diuidiẗ: nā q̄dā
talis vnica ſuꝑficie exteriꝰ teriaẗ: alia vero plu
ribus: ꝑma ſpēs ꝑtiẗ in duas q̄ ſunt ſolida oua=
lis ꝛ lenticularis: in ouali axis eſt linea longiſſi
ma: in lenticulari vero breuiſſima. Scđa ēt ſpēs
in duas diuidiẗ vna diciẗ piramis rotūda: alia
colūna rotunda vel chilidrū. Figura ſolida la=
terata duas hꝫ ſpēs regularē ſcꝫ ꝛ irregularē: re
gularis laterata ē figura cuiꝰ oēs ſuꝑficies pla=
ne teriales ſibiinuicē ſunt eq̄les ꝛ ſilēs: eiꝰ q̄nqꝫ
dūtaxat ponunẗ ſpēs ſpecialiſſime tetracedrō:
exacedrō: octocedrō: duodecedrō: ꝛ icocedrō: q̄
ſic differūt qꝛ tetracedrō. i. q̄ttuoꝛ ſuꝑficierū fi=
gura: octocedrō. i. octo ſuꝑficierū: ꝛ icocedron q̄
vigiti ē ſuꝑficierū eq̄liū: triangulis regularibꝰ
terminanẗ: ſꝫ exacedron figura ſex baſiū eq̄liū
(q̄ alias cubus dꝛ) q̄dratis ſuꝑficiebꝰ cōprehen
diẗ: duodecedrō vero. i. duodeci ſuꝑficierū cor=
pus pētagonis regularibꝰ claudiẗ. Irregula=
ris figura laterata in ſuis planis ꝛ teriantibus
ſuꝑficiebꝰ aut ineq̄litatē hꝫ: aut diſſilitudinem
aut vtrūqꝫ horū. Cuiꝰ tres danẗ ſpēs: ꝑma ē pi=
ramis lataata: ſcđa ſolidū ꝑalellogramū: tertia
di ſꝑalellogramū. Piramis laterata ē figura ſo
lida irregularis q̄ baſim habēs figurā planā re
ctilineā: cōtinue ꝑlongitudinē minuiẗ ad conū
qui baſi opponiẗ: cuius infinite ſunt ſpēs: pira
mis trilatera: q̄drilatera: pentilatera ꝛ ſic ꝓce=
dēdo innumero laterū: piramis trilatera trian
gulum habet in baſi ꝛ tres ſuperficies laterales
ad conū concurrētes: piramis quadrilatera ſu=
per baſim quadrangularē quattuoꝛ habet ſu=
perficies ad angulum venientes: ꝛ ita dicatur
in alijs ſequentibus ſpeciebꝰ correſpōdēter. So
lidum paralellogramum eſt corpus cōtentum
ſuperficiebus planis ſic ꝙ earum oppoſite ſunt
equediſtātes nō autē cōcurrētes ſicut i pirami=
de. Eius multe ſunt ſpecies ſcꝫ colūna: aſſer: la=
ter: ꝛc. Eſt autē colūna laterata corpus ꝑalello=



gramū cuiꝰ latitudine ꝛ ꝓfunditate equalibꝰ
maioꝛ eſt lōgitudo. Colūne ſpecies infinite ſunt
ſicut ꝛ piramidis vt trilatera: quadrilatera: pē
tilatera: ꝛc. columna trilatera que alias dꝛ cor
pus ſerratile eſt cuiꝰ vtraqꝫ baſis eſt triangulꝰ
ꝛ tres ſuꝑficies quadrāgule laterales. quadri=
latera colūna: q̄ appropriate diciẗ i geometria
ſolidū ꝑalellogramū: baſes habet quadratas ꝛ
quattuoꝛ laterales ſuꝑficies quadrāgulas: pē=
tilatera eſt cuiꝰ baſſes ſunt pētagoni regulares
ꝛ quinqꝫ laterales ſuꝑficies: ꝛ ſic de alijs ſuo mō
ſicut dicebaẗ in ſpeciebꝰ piramidū: a quibꝰ co=
lumne in hoc differūt ꝙ in eis ſemꝑ laterales ſu
perficies ſunt quadrāguli: ſꝫ in piramidibꝰ la=
terales ſuꝑficies ſemꝑ ſunt trianguli. Aſſer eſt
corpꝰ equalis lōgititudinis cū latitudine ſꝫ eiꝰ
profunditas minoꝛ eis eſt. Later oēs tres di=
mēſiones gradatim hꝫ inequales ſic ꝙ longitu
do eſt maioꝛ latitudine ſꝫ ꝓfunditas eſt mini=
ma: terminātur autē aſſer ꝛ later ſex quadrāgu
lis ſuꝑficiebꝰ. Solidū diſparalellogramū ē cor
pus lateratū cuius ſuꝑficies laterales oppoſite
inequediſtātes ſunt: nec tñ ad angulū cōcurrē=
tes: huius generis i numere ꝛ innoiate ſunt ſpe
cies: ſꝫ earū notabilioꝛ eſt cuneus q̄nqꝫ inequa=
libus ſuperficientibꝰ teriatꝰ: ſed eiꝰ baſſis ſemꝑ
quadrāgulus ē: laterales vero ſuꝑficies longitu
dinis ꝛ latitudinis ſue quadrāgulares apparēt
ſed ſuꝑficies altitudinis triangule videnẗ. Ha
ctenus ꝗ de formis ꝛ figuris. Ad figurā reducti=
ue ꝑtinet angulus q̄ ei priuatiue opponiẗ. Eſt
enim angulꝰ magnitudo nō vndiqꝫ actu termi
nata: ꝛ ſemꝑ eſt pars integralis figure: cuiꝰ due
ſunt ſpēs ſicut figure ſcꝫ angulꝰ planus ꝛ ſolidꝰ
Angulus planus ē cōtactꝰ alternus duarū li=
nearū applicatione nō directa: ſic ꝙ eſt ſuꝑficies
duabꝰ lineis nō directe ſe tāgentibꝰ intercluſa.
Cuiꝰ tres ſunt ſpēs angulꝰ rectilineus curuili
neus ꝛ mixtus. Rectilineus angulꝰ planus eſt
linearū rectarū ſupradicto mō cōtactus: ſicut ꝛ
curuilineus linearū curuarū ꝛ arcualiū: mixtꝰ
vero ē linee recte ꝛ curue adinuicē cōtactꝰ. An
guli rectilinei tres ſunt ſpēs ſcꝫ angulus rectus
obtuſus ꝛ acutꝰ. Rectilineus rectꝰ angulus eſt
ꝑpēdicularis cōtactꝰ rectarū linearū. i. dire=
ctus ad modū crucis: ꝛ eſt ſpēs ſpecialiſſima: qꝛ
forma recti i idiuiſibili ꝯſiſtit. Obtuſus angulꝰ
eſt rectilineus maioꝛ recto. Acutus vero minoꝛ
recto: quoꝝ ſpēs ifinite ſunt iuxta varietates hu
iuſmodi exceſſus aut defectꝰ. Angulus curuili
neus etiā tres habet ſpēs has angulū concauū:
cōuexum ꝛ neutrū. Cōcauus angulꝰ ē cū linee
curue ſe cōtingūt ex interioꝛe parte: cōuexus cū
ex ꝑte exterioꝛe ſue curuitatis: neuter vero qñ al
tera linea interiꝰ altera exteriꝰ cōcurrit: ꝛ ſunt

Aſſer.

Later.

Cuneus.

Angulꝰ. 2

Planus
angulꝰ. 3.

Rectus an
gulus.

Obtuſus.
Acutus.

Curuilineus
angulꝰ 3

hee tres ſpecies ſpecialiſſime. Angulꝰ planus
mixtꝰ in tres ꝑtiẗ ſpēs: ꝑma eſt angulꝰ cōtingē=
tie: quē cōſtituit linea recta tāgens curuā exte=
riꝰ: ꝛ ē ſpēs indiuidua: ſcđa ſpēs eſt angulꝰ ſemi
circuli ēt ſpāliſſima: tertia ſpēs eſt angulꝰ portio
nis circuli ſcꝫ cū linea recta curuā tāgit interiꝰ:
cuiꝰ due ſūt ſpēs: angulꝰ portiōis maioꝛis ꝛ por
tionis minoꝛis circuli: quorū diffinitiones ſta=
tim patēt. Angulus ſolidus ē corpus ꝑtiale q̄d
ex vna ꝑte icludūt anguli plani plures q̄ꝫ duo:
qui cū nō in eadē ſuꝑficie ſituenẗ ad pūctū vnū
neceſſario cōcurrūt. Eius infinite ſunt ſpēs ſe=
cūdū varietatē numeri angulorū planorū con=
currentiū ſcꝫ: tres: quattuoꝛ: q̄nqꝫ: ꝛc. Et q̄libet
earū iterū in ſpēs ſubdiuidiẗ ꝓ qualitate taliū
angulorū: qꝛ vel ſūt anguli triangulorꝝ vel qua
drāgulorū ꝛc. Sic igiẗ pꝫ dilatatio quarte ſpēi
qualitatis ꝓ q̄ ſit hec regula gñalis: oē dicibi
le exiſtēs paſſio non reſpectiua multitudis aut
magnitudinis ꝑtinet ad hāc quartā ſpēm q̄lita
tis cuiuſmodi ſunt q̄ hic diffinita ꝛ diuiſa ſunt.
Et illa oīa vocabula mathematica ſunt id eſt
arithmetica ꝛ geometrica: de q̄bꝰ ꝓcerto oppi=
noꝛ ꝙ nullas res diſtictas a multitudine ꝛ a ma
gnitudine ſig̃nt: qui aliter ſentiunt viderit q̄uo
hec ꝗ ꝛ tanta dicta ſint ꝓ quattuoꝛ ſpeciebꝰ q̄li
tatis ab Ariſtotele poſitis. Sed quia ipē poſtea
enumeratis ꝑdictis ſpeciebꝰ ſubiūgit: ꝙ fortaſ=
ſe alij modi q̄litatis apparebūt ſꝫ q̄ cōiter aſigna
ri cōſueuerūt dicti ſunt: ideo ſuſpicati ſunt q̄dā
ſubtilitatū logicaliū indagatores ponendas eē
ad huc plures q̄litatis ſpēs: maxie qꝛ reppiunẗ
nōnulla dicibilia ad qualitatē ꝑtinētia q̄ i nul=
la ꝑdictarū ſpērū reppõi videnẗ: ſicut intenſuꝫ
remiſſum: regulare: irregulare: vniforme: diffoꝛ
me ſilr̄ iſta: diuinū: angelicū: humanū: eſſen=
tiale: reale: ſubſtātiale: itē rōnale ſenſibile ꝛ oēs
alie dr̄ie predicamēti ſubſtātie: q̄ non videnẗ ad
illud predicamētū ꝑtinere directe: ex quo nō ſūt
abſoluta dicibilia nec ꝓprie dicunẗ ſubſtātie ni
ſi extēſo noīe ſubſtantie vt expreſſe hꝫ textus: vñ
opinanẗ addēdas eē duas alias ſpēs q̄litatis q̄
innoiate ſunt. Quinta ꝗ ſpēs q̄litatis dꝛ q̄litas
ſucceſſiua: ꝛ ē diſpoſitio ꝑtiū q̄litatis adinuicē
ſicut ponebaẗ q̄rta ſpēs diſpoſitio ꝑtiū q̄ꝫtitatis
Ad q̄ꝫ ſpēm q̄ntā dicūt ꝑtinere ꝑma ſex dicibi=
lia ſupius ꝓpoſita: nā intēſio ꝛ remiſſio ſig̃ant
partes q̄litatis ſcđm quas fit alteratio: ſilr̄ regu
laritas: irregularitas: vniformitas ꝛ difformi=
tas ſig̃nt diſpoſitionē ꝑtiū mobilis ꝛ motꝰ preci
pue i motu locali. Unū intēſio ē cōtinua additio
gradꝰ q̄litatis ad gradū in alteratiōe. Remiſ=
ſio vero eſt cōtinua eorū remotio abinuicem ꝛ
ſubſtractio. Regularitas ē motꝰ talis ꝑtiū mo=
bilis ꝙ vna earū nec in maioꝛi nec in minoꝛi tē=

Mixtꝰ an
gulus. 3.

Solidꝰ an
gulus.

Epilogus
ꝑmiſſorū.

De alijs
ſpeciebꝰ q̄=
litatis.

Quita ſpe
cies quali=
tatis.

Intēſio ꝛ
remiſſio.

Regulari=
tas ꝛ irre=
gularitas.



VNiVERSIDAD
DE SALAMANCA

poꝛe ſuum cōplet motū quā alia pars: ſilr ⁊ par
tes motus equales conſumūt equalia tēpoꝛa: ⁊
inequales inequalia ſecūdū eandē ꝓpoꝛtionē:
ecōtra fit de irrigularitate. Uniformitas eſt qñ
Uniformitas ⁊ difformitas. vna pars mobilis nō ferꝛ velocius alia neqꝫ ecō
tra: ſed difformitas eſt diſpoſitio oppoſita. Re=
gularitas ḡ attendiꝛ inequalitate ꝓpoꝛtionis:
ſed vniformitas inequalitate quātitatis: vnde
incoꝛpoꝛibꝰ celeſtibꝰ eſt motꝰ regularis nō vni
foꝛmis: ingrauibꝰ autē ⁊ leuibꝰ recte motis pōt
Sexta ſpecies. eſſe vniformitas nō regularitas. Sexta ſpecies
qualitatis ab eis dꝛ qualitas eſſentialis: que ſi
poni deberet potius eſſet pꝛima ſpēs ꝙ̄ vltima
ſicut eam noiauit Ariſtoteles q̄nto methaphi=
ſice: diffiniꝛ ergo qualitas eſſentialis: ꝙ ē diſpo
ſitio rei ad eius eſſentiā ptinēs. Et ſub hac ſpe=
cie ponunꝛ reſidui termi ſuperius notati cū oibꝰ
differētijs predicamēti ſubſtātie: vñ ſicut rōnale
ſupponit ꝓ aliq̄ ſubſtātia ɔpoſita ⁊ cognotat ꝙ
Diuinum ciꝰ foꝛma eſſētialis ē aia rōnalis: ita dicūt ꝙ diui
Angelicū. nū ſupponit ꝓ aliq̄ ente denotās ꝙ eſſentia ciꝰ ē
infinite pfectionis: ſilr angelicū denotat ꝙ eſſen
Humanū. tia eſt finita ſʒ inexcellētiſſimo gradu: humanū
vero cognotat ꝙ eſſentia eſt cōpoſita inexcellē=
Reale. tiſſimo gradu cōpoſitarum: etiam reale cogno
Eſſentiale tat ꝙ res ꝓ qua ſupponit ē vere ⁊ nō ficte: eſſen=
tiale aūt dicit rē ptinere ad eſſentiam alterius.
Uñ ſecūdū iſtos qualitas generaliſſimū huiꝰ
predicamenti ſignificaret oēm diſpoſitionē cu=
iuſlibet rei ſiue accidētalē ſiue eſſentialē: quare
⁊ nos in pncipio huiꝰ capituli ꝟba ſatis indiffe
rētia caute poſuimus diffinientes qualitatem:
Reprobatio pdictorum. vt oibus doctoꝛibꝰ cōferrēt. Sʒ his nō obſtātibꝰ
alij cōtenti ſunt quattuoꝛ ſupra dictis ſpeciebꝰ
ab Ariſtotele ptractatis: vnde admotiuū alioꝝ
Primo. dicunt pmo ꝙ multa taliū dicibilium non ſunt
in predicamēto qualitatis: ideo ꝓpter illa non
ſunt ponende ille due ſpēs q̄nta ⁊ ſexta: pro cuiꝰ
Secūdo. dicti expoſitiōe. Dicūt ſcdo ꝙ illa duo pma que
poſita ſunt in q̄nta ſpecie ſcʒ intenſio ⁊ remiſſio
pertinere poſſunt ad predicamētū q̄ʒtitatis ſub
cōtinuo: extēdendo q̄ʒtitatē cōtinuam ad cōti=
nuitatē tam extēſiuā ꝙ̄ intēſiuā ꝙ̄ etiā ſucceſſi=
uam: vel ſi magis placet ponātur in quarta ſpe
cie qualitatis ſub figura qꝛ illa duo noia ſignt
diſpoſitionē partiū q̄ʒtitatis cōtinue non quidē
extēſiue ſʒ intēſiue aut ſucceſſiue: vel qđ verius
crediꝛ ponenda ſunt in predicamēto paſſionis
ſicut alteratio: ⁊ eoꝛū cōcreta intēſum ⁊ remiſſū
Tertio. in predicamēto patientis. Dicunt tertio ꝙ alia
quatuoꝛ dicibilia in q̄nta ſpecie poſita ptinent
ad quartā ſpēm qualitatis rōne iam dicta ſicut
aſperū ⁊ leue ibi noiata ab Ariſtotele: vel ponaꝛ
in predicamēto ad aliq̄d cū videanꝛ eſſe relati=
Quarto. ua ſicut ſilē ⁊ diſſimile. Quarto dicūt ꝙ illa ſex

pꝛioꝛa que ponunꝛ i ſexta ſpecie qualitatis: ſcʒ
diuinū: angelicū: humanum: eſſentiale: reale:
ſubſtātiale: vel ſunt ſinonima cum ſuis abſtra=
ctis que ſunt: deꝰ: angelus: hō: ens: res: eſſentia
ſubſtātia: vt cū dicimus natura diuina: angeli
ca: ⁊ humana: ⁊ ſic nō dubiū eſt ꝙ nō ſint in pꝛe
dicamēto qualitatis ſʒ quedā eoꝛū ſunt trāſcē=
dentia: alia vero ſunt in predicamēto ſubſtātie:
⁊ hoc modo ſumebanꝛ i illis diffinitionibꝰ coꝝ
ibidē datis. Uel ſi diuinū: angelicū: humanū:
accipianꝛ ꝓ operibꝰ dei angeli hois aut ꝓ rebꝰ
aliquo mō ad eos ptinentibꝰ: ponerenꝛ in pꝛe=
dicamēto actionis aut aliquo alio prout oſten
deret diffinitio q̄d nois. Dicūt q̄nto ꝙ differen= Quinto.
tie ſubſtātiales vel in nullo predicamento ſunt
ſpecies: vel ſi hoc nō placet dicunt ꝙ ponunꝛ in
ſuo ꝓpꝛio predicamēto cuiꝰ modus ſig̃andi eſt
cognotare intrinſece: eius gn̄aliſſimū eſt coꝛpo
reum: ⁊ ſubalterne ſpecies ſunt aiatū ⁊ inaiatū
⁊ ſic deſcendēdo vt ſupra dicebaꝛ in capitulo de
ſubſtātia: qđ quidē dr̄iarū predicamentū Ari=
ſtoteles ad euitandā plixitatē nō diſtinxit a pꝛe
dicamēto ſubſtātie rōne iam allegata i noſtris
ante predicamētis. Ex quibꝰ ſexto dicūt inferē Sexto.
tes ꝙ illud generaliſſimū qualitas ſolū ſig̃t di=
ſpoſitiones rerū accidentales. Jam vero expe=
ditis qualitatis ſpeciebꝰ Ariſtoteles paucis ab De concretis qualitatis.
ſoluit predicamētū qualis: qꝛ vt iam notatum
eſt breuitati ſtudens multa ꝟbis ſuis pſtringit
in hoc libꝛo: ⁊ in quolibet p̄dicamēto multa pꝛe
dicamēta cōpꝛehendit: ſed in hoc capitulo de cō
cretis aliq̄d explicuit propter eoꝛū excellentiā ⁊
frequentiā inter oia accidentalia predicabilia:
innuit tñ ꝙ ſilis diſtinctio duoꝛum predicamē=
toꝛū ex abſtractis ⁊ cōcretis eſt requirēda i q̄ʒti
tate ⁊ alijs accidētibꝰ. Dicit ḡ ꝙ qualia .i. cōcre
ta predicamēti qualitatis ſunt illa que dicunꝛ
dinoiatiue ſcđʒ hec abſtracta ſupra poſita in co Qualia.
oꝛdinatione q̄litatis: vꝉ q̄uolibet aliter ſcʒ ꝙ̄ de
noiatiue ꝓpꝛie dicanꝛ ab his eiſdē abſtractis:
ſig̃t ḡ ꝙ oīe denoiatiuum ꝓpꝛie id eſt re ⁊ voce
a ſupꝛadictis qualitatibꝰ id eſt abſtractis: ⁊ oē
denominatiuū non pꝛopꝛie ideſt ſola re ⁊ ſi non
voce ab eiſdē: ptinet ad p̄dicamentū q̄lis tanꝙ̄
genus vꝉ ſpecies ſubalterna aut ſpecialiſſima.
Et ideo intendit ꝙ ſicut q̄litas inter abſtracta
eſt gn̄aliſſimū: ita q̄le eiꝰ cōcretum eſt gn̄aliſſi=
mum inter ɔcreta: ⁊ ſicut q̄litatis poſite ſunt q̄t
tuoꝛ ſpecies ſubalterne: ita q̄lis ponende ſunt
etiā q̄ttuoꝛ ſiles ſpecies q̄ erūt ɔcreta predictaꝝ
q̄ttuoꝛ ſpecierū q̄litatis ſcʒ diſpoſitū: potens: pa
ſſibile: ⁊ figuratū: ⁊ ſub iſtis q̄ttuoꝛ ſubalternis
pōt fieri deceſus ad tot preciſe ſpecies quot po
ſite ſunt ſub alijs q̄ttuoꝛ ſpēbus ſubalternis ab
ſtractis: qđ qꝛ cuiqꝫ facillimū eſſet cōſulto relin



quimꝰ. Tamē q̄a dictū erat vel q̄uolibʒ aliꝉ: ne
hoc ɔfuſū remaneret ideo ɔ̄ter declarat quod
modis poſſet ɔtingere ex pte vocis aliqđ ɔcretū
nō dici ꝓpꝛie denoiatiue a ſuo abſtracto. Et pōit
duos modos: pꝛimꝰ eſt qñ aſtractū eſt ignotuʒ:
vt curſoꝛ ⁊ pugillatoꝛ dicunꝛ denoiatiue re tm̄:
quia cognotāt q̄litatem ſed nullum daꝛ abſtra
ctum ſilē eis in pꝛincipio dictiōis ⁊ differens ca
ſu ideſt teriatiōe: hoc maxime ɔtingit eis qñ ta
lia ɔcreta ptinent ad ſcđam ſpēm qualis. Scđs
modus eſt qñ tale abſtractum eſt ſcitum ⁊ claꝝ
ſed ɔcretum eiꝰ nō ſe hʒ ad ipm ex pte vocis vt
dictum eſt: bñ tñ ex pte rei ſig̃te: vt ſtudioſus eſt
hoc mō d̄noiatiue dictꝰ a ꝟtute: cognotat ei illā
rem ꝓ qua ꝟtus ſuppōit. Solent addi duo alij
modi impfecte ſeu nō ꝓpꝛie denoiationis ex pte
rei: pꝛimꝰ eſt qñ q̄litas ꝙ̄ cognotat ɔcretuʒ eſt i
perfecta ⁊ valde remiſſa: aut eſt trāſiēs nō pma
nens: q̄a ab illa q̄litate nullꝰ denoiaꝛ q̄lis: vt
ſi rubedo eēt valde tenuis i petro: ipē nō diceretꝛ
rubeus: ſilr dato ꝙ eſſet ſatis intenſa: ſed nō per
maneret in eo vt cum patiꝛ verecūdiā: etiā nō d̄
nominabiꝛ rubeus ab illa: Scđs modus eſt qñ
talis foꝛma in eſt vni pti a qua nō poſſet denoia
ri totū etiā ſi eſſet intenſa ⁊ pmanens vt ethiops
nō denoiabiꝛ albꝰ a l albedine dētiū: d̄ iſtis duo
bus nō eſt itētio Ariſtotelis dicere ꝙ talia ɔcreta
ponanꝛ i p̄dicamēto q̄lis: ſʒ d̄ alijs duobꝰ mōis
ab eo poſitis: ⁊ d̄ oibꝰ d̄noiatiuis re ⁊ voce ſimꝉ.

Tertia pars de ꝓpꝛietatibꝰ qualitatis.

Primo dicibilibꝰ cōcretis huiꝰ predicamen
ti ſicut ⁊ in q̄ʒtitate dictuʒ eſt tres ponunꝛ
ꝓpꝛietates: quarū ſubm̄ eſt potius q̄le ꝙ̄ quali
tas ⁊ hoc qñ q̄le eſt ſcđa intētio: ſed Ariſtoteles
vt diximus ſub q̄litate q̄le vult ſig̃re. Prima ḡ
ꝓpꝛietas eſt hec: ꝙ in eſt ɔtrarietas q̄litatibus
ideſt dicibilibꝰ cōcretis predicamenti q̄litatis:
vt albꝰ ⁊ niger ſunt ɔtraria: ſilr liberalis ⁊ aua
rus: hoc autē nō eſt ꝓpꝛium aliquo mō ſuo ſub
iecto: q̄a oīe ꝓpꝛium vel ɔuenit ſoli vel omi: ſʒ
hoc predicatū non cōuenit ſoli q̄litati ſed q̄buſ
dā alijs vt actiōi ⁊ paſſiōi: nec ɔuenit omi q̄lita
ti vt pʒ in ſcđa ⁊ q̄rta ſpecie vbi nulla eſt dicibi
lium cōtarietas. Sed in hac cōitate: hoc eſt ad
uertendū ꝙ ſi vnum contrarioꝝ dicibilium fue
rit quale reliquum neceſſario erit q̄le ⁊ eiuſdē
predicamenti: nā cōis diffinitio ɔtrarioꝝ habʒ
ꝙ ſub eodem gn̄e poſita ſunt ⁊ eidē ſuſceptibili
viciſim i ſūt: vñ ēt ɔſtare pt oia dicibilia ɔtraria
debere eſſe ɔcreta nō abſtracta: qꝛ abſtracta nō
hñt p̄dicari de aliq̄ ſubō accidentalr ideo nō in
ſunt eidē ſuſceptibili ſicut ɔcreta: ⁊ hec eſt rō q̄
re pꝛius diximꝰ ꝙ ſubiectū harū trium ꝓpꝛieta
tum eſt q̄le nō q̄litas ⁊ hoc euidenter habet tex
tus Ariſtotelis inſequenti ꝓpꝛietate. Scđa ḡ
ꝓpꝛietas eſt ꝙ q̄litas ſuſcipit magis ⁊ minꝰ in
ſua p̄dicatiōe de ſubiecto: pʒ i cōcretis q̄a iuſtū
dr̄ aliquid magis aut minus alio: ſilr cādidū ⁊
ita de alijs multis: ſed abſtractis hoc non ɔue=
nit: nā vna iuſtitia nō dꝛ magis iuſtitia ꝙ̄ alia:
ſilr nec ſanitas: vñ ſequiꝛ ꝙ hec ſcđa nō eſt ꝓpꝛie
tas: q̄a nō ɔuenit omi: ⁊ q̄dem de abſtratctis ꝓ
batum eſt: ſed in cōcretis etiā pʒ inſpiciendo p̄ci
pue ad illa de q̄rta ſpecie vt triungulare: q̄dran
gulare circulare ⁊c̄. q̄a oīa iſta equaliꝛ ſuſci=
piunt rōnem q̄drāguli ſilr ⁊ circuli: ꝙ aūt nō cō
uenit hoc ſoli q̄litati manifeſtū eſt in predica=
mentis actiōis ⁊ paſſiōis. Tertia vero ꝓpꝛietas Tertia ꝓpꝛietas.
⁊ cōuertibilis cum predicto ſubiecto eſt: pꝛopꝛi
um eſt q̄litati ſm eā ſimile vel diſſimile dici ali
quod ſubm̄: cuiꝰ ſenſus ſilr eſt accipiendꝰ ſicut
in tertia pꝛopꝛietate quantitatis: ſcʒ ꝙ pꝛopꝛia
fundamenta hoꝛum relatiuoꝛum ſimile ⁊ diſſi
mile ſunt omnia ⁊ ſola dicibilia concreta pꝛe=
dicamenti qualitatis: ⁊ pꝛoſequere vt ſupꝛa.

Quarta pars de oppoſitiōibꝰ incōplexoꝝ.
